Ex dictis solvi potest dubium, quod proponit D. Tho. in hac q. 16. ar. 4. an usus praecedat electionem. Resp. quando usus et electio sunt actus realiter distincti, electio reipsa praecedit aut tempore aut natura eum usum, quo executioni mandatur illud medium. Ut si quis intendens aliquem finem habeat electionem, qua velit aliquod medium aliquando executioni mandari, quin eo actu hic et nunc determinet executionem, opus est ut in voluntate sequatur alius actus, qui sit usus determinans executionem eo tempore, quo exercendum est.

At quando contingit ut usus et electio sint unus et idem actus realiter, nempe quando voluntas eodem actu simul eligit medium, et vult hic et nunc executioni mandari, tunc usus voluntatis reipsa non subsequitur electionem illius medij, sed secundum rem est simul et identificatur. at secundum rationem explicitam ille actus consideratus potest prius sub ratione electionis, quam sub ratione usus.

Praeter usum diversorum obiectorum contingere potest ut usus praecedat electionem, nempe usus unius rei potest antecedere electionem alterius. V.G. ultimus, quo voluntas efficaciter vult, ut intellectus hic et nunc inquirat media ad consequendum finem, est usus applicans intellectum ad inquisitionem, et praecedit electionem, qua voluntas supposita inquisitione intellectus eligit hoc, vel illud medium. etc.

Item ipsa voluntas potest per aliquem actum seipsum determinare ad eliciendum alium actum electionis; et sic voluntas dicitur uti seipsa, ut docet D. Tho. in hac q. 16. ar. 4. ad 3m cuius verba sunt notanda: electio, inquit, praecedit usum, si referantur ad idem (quod intelligitur de praecedentia aut secundum rem, aut secundum rationem explicitam, ut praecipue dictum est) addit nihil prohibet quod usus unius praecedat electionem alterius; et quia actus voluntatis reflectuntur supra seipsos, in quolibet actu voluntatis potest accipi consensus, electio, et usus, ut si dicatur quod voluntas consentit se eligere, et consentire, et uti se ad consentiendum, et eligendum. etc.

CAP. 2m

An usus sit solum eorum, quae sunt ad finem an vero etiam ultimi finis; et quibus rebus sit utendum, quibus vero sit fruendum

In hac quaestione est difficultas ex variis dictis D. August. D. Tho. et aliorum Patrum, qui, ut patebit inferius modo adducendis, aliquando dicunt usum esse solum eorum, quae referuntur ad finem, aliquando vero esse ultimi finis. item exponentes quibus rebus sit utendum, quibus vero sit fruendum aliquando affirmant non esse utendum Deo, sed fruendum, creaturis autem non esse fruendum, sed utendum: aliquando eis docent nos posse et uti Deo et frui creaturis, ut autem haec eis plane alia sitia: dicta, quae uncte nus videntur contraria, exponantur, adhibenda est distinctio sequens. etc.

1a. propositio uti seu usus stricte sumptus, ut distinguitur a fruitione ultimi finis est solum eorum, quae sunt ad finem, quamvis alia laxiori acceptione dicamur aliquo modo uti ultimo fine. ita D. Tho. in hac q. 16. ar. 3.

attentis iis, quae docet in corp. et ad 1.m 2.m et 3.m et alij ibidem et colligitur ex doctrina D. Augustini modo exponendi. ¶.

Explicatur usus uni seu usus sum. uno modo stricte, ut condistinguitur a fruitione ultimi finis. quo pacto sum. in illo com. dicto, quod ex D. August.o to. 4.o lib. 83. qq. q. 30. dicitur non esse utendum Deo sed fruendum, ubi inter alia D. Augustinus sic ait. inter utendum et fruendum interest, ut utile est quod ad aliquod aliud referendum est, et addit sicut hanc differentiam nunc loquimur. unde ex illius doctrinam ibi uti seu usus volunt stricte ut condistinguitur a fruitione ultimi finis, ita deffinitur: uti sit actus, quo volumus aliquid et applicamus ad operationem referendo illud ad aliud tamquam ad finem et ex hoc ipse idem Augustinus tom. 3.o lib. 1.o de doct.a christiana cap. 4.o ait uti est quod in usum venerit referre, quod amas obtinendum, referre. quia uti seu usus ita sumptus sit est eorum, quae sunt ad finem; non vero ultimi finis: nam eo ipso quod aliquid habeat rationem ultimi fine, non refertur ad aliud tanquam ad finem, ut patet ex ipsa dicta deffinitione usus stricte sumpti. ¶.

Sic intelligitur to. D. Tho. in hac q. 16. ar. 3.o corp. cum ait usus importat applicationem alicuius ad aliquid. quod autem applicatur ad aliud se habet in ratione eius, quod est ad finem. et ideo uti semper est eius, quod est ad finem propter quod, et ea, quae sunt ad finem.

Alio modo usus sum. late pro exercitio voluntatis circa quodcumque obiectum sive referatur ad alium finem, sive non: et hoc modo etiam fruitio ultimi finis est quidam usus late. sic sum. a D. August.o tom. 3.o lib. 10. de Trinit.e cap. 11. ubi etiam fruitionem vocat usum, dicens frui est uti cum gaudio, proinde omnis qui fruitur, utitur. atque bene probatur 2.a pars posita, quia quotiescumque voluntas exercet actum circa quodlibet obiectum, sive illud referatur ad alium finem, sive non, dicitur facere aliquem usum late, eo modo quo exercitium potentiae dicitur usus, quo hoc casu modo dicitur etiam quando fertur actum circa ultimum finem, dicitur uti seu facere usum. ¶.

Confirmatur ex D. Tho. in hac q. 16. art. 3.o ad 2.m ubi ait ipsa requies in fine, quae fruitio est, dicitur hoc modo usus finis. et ad 1.m et ad 2.m hoc pacto explicat D. August. et Hilarium quando dicunt nos uti ultimo fine, seu Deo. et ipse D. Augustinus tom. 3.o lib. 6. de Trinit.e cap. 10. referens quoddam dictum D. Hilarij lib. 2.o de

Primi paulo post initium afferentis usum et immunere, hoc est in ... id exponit dicens, illa dilectio, delectatio, foelicitas, l. Beatitudo usus ab illo appellantur. ?.

2° ... quod ... rebus est utendum, aliis vero fruendum; licite autem possumus uti omnibus rebus creatis ordinando illas ad ultimum finem. Deo autem sic se non possumus licite uti ordinando illum ad alium quasi ad finem ultimum, cuius gratia experatur. est communis cum Magistro 1° sent. d. 1ª. ubi D. Thomas Bonaventura. Ricard. Durand. Gab. Grego. et alii, et est desumpta ex D. Aug° variis locis. tom. 3. lib. 1° de doctrina christiana cap. 3° ... res aliae sunt quibus fruendum est, aliae quibus utendum. item. tom. 4°. lib. 83 qq. q. 30. ubi paulo post initium notandum est celebre illud dictum: omnis humana perversio est ... quod etiam vitium vocatur fruendis uti velle, atque utendis frui. et omnis ordinatio, quae etiam virtus nominatur fruendis frui, et utendis uti. et postea ad finem addit dominum Deo, sed fruitur, ... quae facta sunt in usum hominis ... ingredientibus continetur ... ut patet ex sensu et textu, et ex infra dicendis exponetur. ?.

Sed in modo exponendi hanc communem doctrinam est diversitas apud authores praesertim circa hoc punctum, an possimus uti Deo propter alium finem. et de variis rationibus dubitandi. 1° ex D. Thom. in hac q. 16 ar. 3° corp°, ubi licet dicat usum simpliciter non posse esse ultimi finis; tamen videtur illud aliquo modo concedere. nam ita el... de avaro, qui pro ultimo fine ut qui, seu ut res habet pecuniam, dicit tamen ab illo ordinari ad possessionem, quae est ultimus finis ut cuius, sed ut adeptio, ... in qua ... pecuniam, nisi utendo eam. et subdit simpliciter loquendo ... pecunia fruitur, quia in eam ultimum finem constituit ... nempe ... ut res, tamen nequaquam refert eam ad possessionem; dicitur ... quod similiter qui habet Deum pro ultimo fine ut qui seu ut res potest ordinare illum ad possessionem tanquam ad finem ut quo, seu ut adeptio, et consequenter dicitur uti Deo ordinando illum ad talem finem ut quo. ?.

2°. Iusti etiam beati quamvis ament Deum amore amicitiae,

propter seipsum, in illum enim amant amore concupiscentiae, ut bonum sibi; et per hunc amorem utuntur Deo refferendo illum ad se ipsos ut proprium bonum. 1.

3.º Deus, quem in hac vita cognitus per fidem, et diligitur per charitatem refferetur ad obtinendum illum in patria. ergo possumus illo uti refferendo eum ad talem finem ultimum. 2.

4.º Sic etiam in eucharistia videmur uti Deo refferendo illum ad aliud, nam ibi sumitur a nobis ut conferat gratiam. ergo etc. 3.

Ad his et duobus alijs rationibus dubitandi apte satisfit, supposita conclusione explicanda sub limitatione consulto a nobis posita in illis verbis licite: possumus uti rebus creatis ordinando illas ad ultimum finem; Deo in se non possumus licite uti ordinando illum ad aliud tanquam ad finem ultimum, cujus gratia expetatur. 1.

Id autem sic probatur. res creatae ex natura rei et intentione Dei ordinantur ad ipsum Deum tanquam ad ultimum finem, ut dictum, expositione commentarij q. 1. cap. 2.º ergo licite possumus illis rebus uti ordinando eas ad ultimum finem. Atqui non possumus licite uti ipso Deo in se ordinando illum ad aliud quasi ad ultimum finem, cujus gratia expetatur, ratio: quia ipse Deus est ultimus finis ad quem omnia ordinari debent a creatura. idque ostendit divus D. Augustinus tom. 4.º lib. 83 quaestionum q. 30. ad finem Deus inquit non est refferendus ad aliquid aliud, quia omnia, quae ad aliud refferendum est, neque est aliquid Deo superius: et subdit omnia quae facta sunt, in usum hominis facta sunt. 1.

Dices non possumus uti nisi ijs, quae sunt sub nostra libera potestate nam uti est assumere aliquid in facultatem voluntatis, ut ex D. Augustino diximus cap. praecedenti post commentarium 1. sed item Divus Augustinus: sed non omnia creata sunt sub nostra libera potestate quasi asserens quod non possumus uti rebus creatis. Respondeo distinguo minorem, non omnia creata sunt sub nostra libera potestate, quantum effectus qui possunt a nobis fieri, tamen quasi nobis debita, concedo omnia quo dammodo sunt sub nostra libera potestate saltem tanquam objecta, quae nos alibi licite possumus refferre ad ultimum finem; et hoc satis est, ut illis licite possumus uti. et sic omni usus est quod est utile ad ultimum finem. . .

Notandum

Notandum autem est, cum res quas [illegible] possumus sint aut nobis interna, aut externa, utimur illis media potentia, et actu interiori, quo eas refferimus ad finem, ut de se constat, et ex dictis cap. praecedenti ostensum est, et notat D. Tho. in hac q. 16. ar. 1. corp. item, ut observat Durandus 1. sent. d. 1. q. 4. a n. 9. id, quo utimur, variis modis dr., apte autem reducuntur ad 4or. 1. aliud est, quo utimur tanquam potentia libera ad usum, et haec est voluntas. 2. aliud est, quo utimur tanquam actu, qui est ultimus et finalis applicans, et detrahens res ad [illegible] usus passivos seu [illegible], et hic est actus voluntatis, ut ex positione cap. praecedenti [illegible] 1a. 3. aliud est id, quo utimur tanquam fine, quod volumus propter aliud, aut ex quo sumimus occasionem ad alium usum. — 4. denique aliud est, quo utimur tanquam instrumento, sive interno, sive externo per voluntatem applicatum ad operationem, ut cum utimur oculis ad videndum, calamo ad scribendum etc.

Sed difficultas est an licite possimus uti peccato?

R. quamvis numquam ad nullum usum sit licitum intendere, ut committatur peccatum, tamen ex hypotesi quod alius voluntarie illud committat, licitum est illo uti sumpta ex eo occasione ad elliciendum aliquod bonum, aut vitandum malum. ita habetur ex communi doctrina 1. sent. d. 1. ubi id exponit Durand. q. 4a n. 9. atque hoc vult D. Tho. 2a 2ae q. 78. ar. 4. corp. ubi ait inducere hominem ad peccandum nullo modo licet; uti tamen peccato alterius ad bonum licitum est. et addit Deus uti omnibus peccatis ad bonum, quia ex quolibet malo ellicit aliquod bonum. Unde Divus August. tom. 3. in Enchiridio cap. 11. ait Deus nullo modo sineret mali aliquid esse, nisi usque adeo esset potens, et bonus, ut benefaceret etiam de malo.

Sic autem explicatur, quia cum peccatum sit per se et intrinsece malum, numquam ad nullum usum licitum est intendere ut illud committatur, unde neque umquam licitum est illi cooperari

id proprie consulere aptando, ut Abensuma 4. p. Sed cap. 4. At ex hypotesi qd ex inito volunt. omittas, si e malus sed post bonum ut illo sumpta inde occas. ad efficiendum aliqd bonum, aut vitandum malum. Sic iusti peccatis omnibus sui aut a se, aut ab alijs utunt tamquam occas. obtinendi, ex qua efficiunt cognit.em suae imbecillitatis, et alias humilit. et cautionem infirmitatum. et ad hoc facit illud Ad Rom. 8. n. 28. dilligentibus Deum oia cooperant in bonum. ubi notant SS.ti Patres, et alij expositores comprehendunt etiam pecc. quae dilligentibus Deum dicunt cooperari in bonum, quatenus occassione ex illis sumpta recto usu efficit aliquod bonum.

Notandum quod est id quod S. Th. q. 1. disp. 1. cap. 5. sect. 1. ... ex professum est, etiam alios malos ex na. rei esse propter Deum ultimum finem, non tamquam media per ea ad illum acquirendum, sed ad eum manifestandum, quia deserviunt ad manifestandam Dei quidem iustitiam, et miam, et alia attributa, ut ibi diximus

2.a difficultas an rebus creatis solum sit utendum ita ut nullo modo licitum illis frui.

Rp. et si non sit licitum rebus creatis frui fruit.e propria qualis est illa, qua sistit in aliquo bono tamquam in fine ult.o, quo pacto solo Deo fruendum est; licitum tamen est illis frui fruit.e aliqua minus propria et lata sumpta non impediente quominus ult.o referri possit in Deum ultimum finem. Hoc desum. ex coi sentia 1. sent. d. 1. et 1.a 2.ae q. 11. ar. 3. et sic explicat. et pr. hac vox fruitio derivat. a fructu, et denotat percept.em fructus, et quia in fructu attenditur et quod sit bonum ultimum Arboris, et quod sit delectabile ex sua dulcedine s. suavit. delectat.em capit gustus, Sine est ut fruitio proprie in rebus spiritualibus denotet eum actum, quo voluntas quasi fructum percipiens delectat.em capit ex ult.o et max. delectabili bono, quod est finis ultimus beatificans, nempe Deus. Et sic fruitio proprie est de fine ult.o beatificante.

Sic D. Augustinus tom. 3. lib. 1. de doctrina christiana c. 3. ait res, quibus fruendum est, beatos nos faciunt; alijs vero rebus quibus utendum est tendentes ad beatitudinem adiuvamur. et cap. 5. explicat res quibus fruendum est esse Patrem, et Filium, et Spiritum Sanctum. et de hac fruitione specialiter intelligitur illa deffinitio, quam ibi cap. 4. asignat hoc modo fruitio est amore alicui rei inhaerere propter seipsam, nempe ultimus finis est cui simpliciter dicimur inhaerere propter seipsum, nam caetera alia sunt propter illum. sic etiam D. Tho. 1. 2. q. 11. ar. 3. corp. dicit fruitio est proprie in ultimo fine, quia illud bonum simpliciter ultimum est fruibile proprie, in quo appetitus rationalis delectationem capiens, conquiescit.

Alio modo fruitio sumitur minus proprie et late pro actu quo voluntas delectatur de quocumque bono; et sic licita est fruitio de bonis creatis prohibitis [?], quae proinde non impediunt quominus actus ordinari referrique possit in Deum ultimum finem. Et colligitur etiam ex S. Scriptura et PP. ut Eccles. 5. n. 17. hoc itaque visum est mihi bonum, ut fruatur quis laetitia ex labore suo. Ad Rom. 15. n. 24. si vobis primum ex parte fruitus fuero. sic Greg. de Valen. 1. 2. disp. 2. q. 6. puncto 1. § altero modo. ait fruitio est summi [?] ut est de fine simpliciter ultimo [?], sic patet in quibus ex rebus creatis frui licet. et puncto 2. ait fruitionem proprie non esse nisi de fine ultimo, improprie vero et imperfecte esse de fine proximo.

Ad rationes dubitandi 5. post 2m. et 3m. adductas Respondetur. Ad 1m. Respondetur illud dictum D. Tho. quod avarus aliquo modo utatur pecunia, quam habet pro fine ultimo, intelligitur de usu late eo modo quo ipse in illo ar. 3. ad 2m. ait fruitionem dici actum finis, ut diximus 5a post. 1m. § ultimo. et sic exponitur contrarius [?] et illum art. 3m.

Ad 2m. Respondetur beatitudini iusti eo amore concupiscentiae quo amant Deum ut bonum sibi, inferre [?] illum ad seipsos tamquam ad finem cuius gratia, sed tamquam ad finem cui, hoc est tamquam ad subiectum perficiendum tali bono ut fine ultimo, atque adeo bene stat quod beati Deum ut finem ultimum

ut qui, sed uis gratia, nempe in quem tandem se et alia referunt. Vide Val. h. disp. 48. cap. 2. n. 2.

Notandum autem est id, quod Medina in hac q. 16. ar. 3. §. pro explicatione observat hanc propositionem Beati aut alii Iusti amore concupiscentiae dilligunt Deum propter suum commodum, et ad hoc utuntur Deo posse habere duplicem sensum. 1. est, diratur frui Deo, ut referant illum ad alium ultimum finem, et hic sensus, inquit, est haereticus. 2. est quod dicatur frui Deo quodammodo etiam dilligant illum non solum propter se, sed etiam propter commodum proprium, et hic, inquit, sensus est verissimus, quia dilligunt Deum et amore charitatis propter se, et amore concupiscentiae, ut bonum proprium. Et addit hanc esse differentiam inter charitatem, et spem, quod charitas amat Deum amore amicitiae propter se qui est amor purissimus; spes vero amat Deum bonum proprium amore concupiscentiae, qui est inferior charitate, sed in suo genere praestantissimus. de quo dictum est in materia de charitate. disp. 6. q. 3.

Ad 3m. Respondeo aliud esse quod actus, quo Deus in hac vita est cognitus et dillectus, referatur ad obtinendum illum in patria aliud vero quod ipse Deus referatur ad alium finem ultimum. primum verum est, non autem 2m ut constat.

Ad 4m. Respondeo in sumptione Eucharistiae non utimur Deo ordinando illum ad gratiam tamquam ad finem ultimum sed utimur specierum in quo est Deus homo agnus Domini à quo intendimus obtinere gratiam, qua fruamur Deo ut ultimo fine.

Quaestio 17. D. Tho.

De actibus imperatis à Voluntate in novem articulos divissa

Articul. 1.° V. imperium sit actus rationis, vel voluntatis

Conclusio: imperium est actus rationis, praesupposito actu voluntatis moventis rationem ad exercitium actus.

Articul. 2.° V. imperare pertineat ad Brutum

Conclusio est negans

Articul. 3.° V. usus praecedat imperium

Conclusio est imperium simpliciter quod subditis potentiis executivis non praecedit, sed sequitur imperium.

Articul. 4.° V. imperium et actus imperatus sint actus unus, vel diversi

Conclusio est imperium et actus imperatus sunt unus actus humanus secundum quendam totum, sed sunt multi simpliciter.

Articul. 5.° V. actus voluntatis imperentur

Conclusio est actus voluntatis potest esse imperatus.

Articul. 6.° V. actus rationis imperentur.

Conclusio est actus rationis potest esse imperatus.

Articul. 7.° V. actus appetitus sensitivi imperentur

Conclusio est actus appetitus sensitivi prout est in nostra potestate potest imperari

Articul. 8.° V. actus animae vegetabilis imperentur,

Conclusio est actus qui procedunt ex appetitu naturali conditionaliter simpliciter ab appetitu sive rationali et intellectuali, huiusmodi sunt actus animae vegetabilis, non subduntur imperio rationis, atque ita non possunt imperari.

Articul. 9. V. actus exteriorum membrorum imperentur

Conclusio est actus membrorum, quae moventur a potentiis sensitivis subduntur imperio rationis, non vero actus membrorum qui consequuntur vires naturales

Disputatio. II.

De actu humano imperij, et de actibus imperatis

CAP. Iᵐ

An imperium sit actus elicitus a Voluntate, vel ab intellectu

1.a sententia est imperium esse actum elicitum a Volunt. ita Ocam. 1. sent. q. 12. art. 4. incidente circa 3.m dub. m.m Henricus quodlib. 9. q. 6. Almain. tract. 3. morali. cap. 2. Joan. Med. codice de poenit. tract. de orat. cap. 2. Castro lib. 1. de lege poenali cap. 1. et 2. refferri solent D. Bonavent. 3. sent. d. 17. ar. 1. q. 1. ad 3.m sed ibi solum ait voluntatem esse imperantem eo modo, quo imperans dicitur id, quod est liberum a coactione, quo pacto etiam D. Th. a Soc. eralij adducendi pro 2.a sententia dicunt voluntatem imperare, ut dicetur infra post 1.m Demum.

Solet etiam citari Scotus 2. sent. d. 6. q. 1. et quodlib. 17. sed ille ibi et 2. sent. d. 38. q. 1. ad ultimum. hoc contendit, quod ordinare unum ad aliud non solum convenit intellectui, sed etiam suo modo voluntati. quod quidem verum est, si distinguatur aequivocatio, verum enim, quod sit intellectus ordinat dirigendo unum ad aliud; ita Voluntas suo modo imperando. sic enim affectu dicimur refferre unum ad aliud amando medium propter finem; et velle unum relatum in ordine ad aliud, quod etiam habet expresse D. Th. 5. contra gentes. 3.a cap. 2. post 2.m mem. et circa 2.a; item circa q. 12. disp. 6. cap. 2. ad 1.m obiectionem.

2.a sententia affirmat imperium esse elicitum ab intellectu ita D. Tho. in hac q. 17. ar. 1. ubi Caiet. Conrad. et Med. et Val. disp. 19. cap. 2. Val. disp. 2. q. 12. punct. 1. Praeterea D. Tho. infra q. 57. ar. 6. corp. et 2.a 2.ae q. 47. ar. 8. ad ultimum D. Antoni. 1. p. tt. 4. cap. 10. initio. Soto lib. 1. de iust. et iure. q. 1. ar. 1. Cordub. lib. 1. quaestio. q. 10.

Fd.

Sed in hac re est apud multos dissensio de nomine, et variae acceptiones imperii. et praesertim Vasq. infra disputa 19. cap. 2. initio notat hanc quaestionem partim esse vocum; sane, si adhibeatur distinctio quaedam infra dicenda et ea recepta explicari, et multorum dissensio videtur conciliari. ?.

Dico 1. imperium, seu imperare aliquando denotat actum voluntatis, aliquando vero intellectus, et distinguendum esse aliud imperium voluntatis determinantis aliquid faciendum, aut non faciendum, aliud vero intellectus id exprimentis, ac denunciantis, quod dici solet imperium proprium intimativum, atque huic praesuppositio volunt. intrinseca et efficacia imperii.

Explicatur ergo membrum 1. huius conclusionis ex usu authorum utriusque sensus, et eorum est imperium, seu imperare aliquando denotari actum voluntatis, etc. volunt enim dici imperare. sic D. Tho. in hac q. 17. art. 1. initio quaestionis et intelligendo dicit aliquem esse imperatorem a voluntate, ubi imperare praesupponit voluntatem imperare, atque inde illi convenire imperium. et infra q. 71. ar. 6. ad 2m ait voluntas imperat omnes alias voluntas... et 2a 2ae q. 4. art. 2. ad 2m. oportet, inquit intellectum esse promptum ad sequendum imperium voluntatis, eidem oportet esse habitum virtutis in voluntate imperante. et q. 58. ar. 8. ad 1m. ait voluntas movet per suum imperium omnes alias actus potentias. sic etiam saepe ex modo loquendi s. scripturae et SS. Patrum voluntas Dei, et eorum qui nobis sunt praepositi, et superiores, dicitur imperare, praecipere, iubere subditis, et subditi dicuntur obedire, parere voluntati Dei, et praelatorum, ut constat. ?.

Ratio est quia facultas suo actu determinans aliquid faciendum, aut non faciendum in ordine ad finem, et ad id exigens, ac movens potentiam sibi aliquo modo in exercitio subiectam, apte intelligitur et dicitur habere aliquem imperium, seu imperare; quia esse, ut homo, ille dicitur imperare, qui in ordine ad finem determinat aliquid faciendum, aut non faciendum, et ad id movet alios sibi subiectos: sed hoc convenit voluntati, nam illa suo actu efficaci determinat hoc aut illud esse faciendum, aut non faciendum in ordine ad finem, et ad id excitat et movet potentias executivas in exercitio sibi subiectas. Quare D. Tho. in locis proxime adductis dicit voluntatem suo imperio movere omnes alias potentias ad actus sibi subiectos. quod voluntas actu esse efficacium videtur aliquo modo imperare, seu habere imperium. ?.

Sed

Sed quia imperium aliud e morale obligans, quale e illud quo persona superior moralis potestate iuris dictis obligat aliam personam sibi subditam. Aliud vero physice exequens, quo quaelibet persona etsi non sit alteri superior dicitur imperare actus suae potentiae executivae; cum propria et perfecta ratio imperij attendatur ex analogia ad imperium morale obligans, actus proprie et formaliter ratio imperij, quae dicit relationem moralem ad personam subditam; sicut ut sit hoc imperium morale obligans intelligitur substantialiter consistere per actum quo voluntas efficax superioris exprimitur, quae dici solet intimatio, et est ultima ratio determinans et obligans subditum ad parendum; ita suo modo propria et perfecta ratio imperij exequentis intelligitur in qualibet persona substantialiter consistere per actum, quo apud se exprimit, et denunciat suam voluntatem efficacem de re facienda, aut non facienda.

(Hinc sumitur probatio principaliter dictae conclusionis: propria et perfecta ratio imperij est illa, quae ultimo determinat potentiam subditam ad aliquid faciendum vel non faciendum, sed talis est actus intellectus, quo voluntas efficax denunciatur, et dici solet intimatio, nam sicut in moralibus haec est propria et perfecta ratio imperij ultimo determinans personam inferiorem ad parendum ita suo modo in qualibet persona est ultima ratio determinans potentiam executivam ad executionem actus intellectus, quo sibi denunciat suam voluntatem efficacem, ut amplius ostendetur ex infra dicendis quod propria et perfecta ratio imperij consistit in actu elicito intellectus per se supposito actu voluntatis.

Confirmatur ex D. Tho. in hac q. 17. art. 1. corpore cuius verba indicant imperium utrum praedictae conclusionis: imperare inquit essentialiter est actus rationis, imperans enim ordinat eum, cui imperat, ad aliquid agendum intimando vel denunciando: sic autem imperare per modum cuiusdam intimationis est rationis. Sanchez probatio locum habet de propria et perfecta ratione imperij modo exposito; et de illa intelligitur eius probatio, quam habet quaestio hic disputatione 49. cap. 2. affert in hunc modum. imperare est substantialiter insinuare voluntatem superioris, quod vulgo dici solet intimare sed id pertinet substantialiter ad intellectum, et supponit actum voluntatis: ergo imperium substantialiter est actus intellectus per se supposito actu voluntatis. Sic eam minorem huius rationis dicit, nulli potest esse dubium quin insinuare pertineat ad intellectum, quia est cognitio et denunciatio quaedam, quae est opus

intellectus; et quidem hoc verum est, si sublata aequivocat. attendat proprie ro quae concipit cum aliquid dr denunciari, l. intimari.

Maiorem vero quod imperare sit substantialiter insinuare volunitatem superioris, sic probat Va. 2. qui inquit imperium semper dirigit ad aliquem capacem rationis, qui possit percipere id quod imperat, ergo debet esse actus intellectus insinuans voluntatem superioris, nam solus actus voluntatis ex efficax, quo superior movet inferiorem non est imperare: alias, inquit quando Angelus suo affectu efficaci movet lapidem, aut saltem quando Deus suo voluntate efficaci movet creaturas irrationales illis ex actuum concurrentibus, diceret proprie eis imperare, et illae dicerent proprie obedire, quod est falsum, quia obedire, quod dr relatione ad imperium, est solius creaturae rationalis intelligentis id, quod imperat.

Sed haec ratio non satisfacit, quia ex eo quod imperium debeat dirigi ad aliquem capacem rationis, qui possit percipere id quod imperat, solo sequitur in eo, ad quem dirigitur imperium, et qui debet obedire, requiri actum intellectus, quo percipiat imperium. quare ea neque illa insinuatio superioris habet proprie rationem imperij respectu creaturae irrationalis. At inde non ostenditur imperium in eo, qui imperat debere esse actum intellectus; nam illi, qui asserunt esse actum voluntatis, aptissime satisfaciunt praedictis rationibus dicentes talem actum habere rationem imperij respectu alicuius, qui sit capax rationis, et possit percipere id, quod imperat, non vero respectu creaturae irrationalis. Et ex iidem omnino in sententia affirmante imperium esse actum intellectus.

Quare illa maior improbanda est. proprio effectu imperij intelligitur esse illa, qua ultimo determinat potentiam subiectam ad aliquid agendum ordinando in finem, sed hoc est actus intellectus, quo voluntas efficax insinuat, seu denunciat, et dici solet intimatio; nam nisi ponatur in intellectu constituenda imperium superioris: et illi proportione neque proprio, et perfecte ratio imperij cuiusque privatae personae sibi ipsi imperantis actus exequendos. quod R...

Atqui vir ipsorum et Medina supra citati in 2.a sententia imperium esse actum intellectus ex eo quod Arist. probare conantur imperium esse actum intellectus ex eo quod Arist. 6. ethico c. 10. dicat prudentiam (quam constat esse intellectus)

esse præceptivam, et illud esse imperare. sed Vasq. hic disp. 49. cap. 5. n. 29. ait Arist. ibi non loqui de imperio proprio, sed lato modo, idque esse manifestum, quia Arist. ibi agit de iudicio prudentis, quod præcedit electionem, at id, quod est propriè imperium, est posterius electione. Verum de hoc dicemus infra cap. 4. 5.

Difficultas superest an prædictus actus intellectus in quo consistit imperium sit apprehensio vel iudicium

Aliqui asserunt esse quendam actum intellectus practici condistinctum à iudicio. ita Medina hic ar. 1. ad 1.m et 2.m quamvis illum posse reduci ad iudicium, quia inquit imperium esse velut conclusionem syllogismi practici. Præterea Valentia disp. 2. q. 12. punct. 1. § quod Alijque Sonus lib. de actibus et Lux q. 1. ar. 1. ad 1.m et Alijque quamvis negantes imperium esse iudicium, videantur dissentire in quodam modo loquendi æquivoco, propterea quod nomine iudicij intelligant illud quod est mera affirmatio, vel negatio sine connexione cum actu voluntatis, et vi movendi ad executionem ut amplius constabit ex infra dicendis. ?.

Dico 2.o illum actum intellectus, cui convenit propria et perfecta ratio imperij esse iudicium, quo persona imperans enunciat se habere voluntatem efficacem, ut aliquid fiat, vel non fiat. ita Vasq. hic disp. 49. cap. 3. ad 4.m Suar. tom. 1. met. disp. 19. sect. 7. n.o 13. ubi dicit imperium, quod à D. Tho. ponitur in intellectu post efficacem electionem voluntatis esse iudicium. Conimb. lib. 2. quæst. 10. ad 1.m ait imperium esse notitiam iudicativam, non ostensivam solum sed præceptivam, hoc est, ut ibi exponit, quæ habet connexionem cum appetitu, quod etiam explicat in eodem lib. 2. q. 9. ar. 3.

Pr. 1.o quia ex communi doctrina cum D. Tho. 1. Perihermene. q. 1.a solet assignari tres operationes intellectus, nempe simplex apprehensio, iudicium, et discursus. in qua divisione, quia iudicium sumitur strictè pro iudicio prænotato condistincto à discursu, ideo numerantur tria membra. At sumendo iudicium late ut comprehendit prænotum et discursivum operationem intellectus

adaequate dividit in apprehensionem, et iudicium, ut colligitur ex Arist. 1° Periherme. cap. 1° ubi ait, est autem aliquando intellectus sine vero, vel falso (scilicet simplex apprehensio) aliquando vero cui iam necessarium est alterum horum inesse, circa compositionem enim et divisionem est verum vel falsum (scilicet iudicium) atque haec divisio habetur etiam ex lib. 3° de Anima textu 31. quod si imperium esset alius intellectus et non sola apprehensio, quae haec sola, ut etiam concedunt Adversarij non est sufficiens, ut dirigat, et moveat ad actus perfecte efficaciter contra supra dicta, § 16. disp. 10. cap. 3°. sequitur inde esse aliquod iudicium. ?.

Dicent adversarij illam divisionem intelligi de actibus intellectus speculativi, at in intellectu practico esse alium actum, qui dicitur supiens, et est imperium. ?.

Id vero est 1° contra doctrinam cum Arist. et D. Tho. in supradictis locis tradit illam divisionem absolute et universaliter sine ulla restrictione ad solum intellectum speculativum, neque aliunde est quidquam urgens in oppositum, ut ostendit ex rationibus adductis per solutionem obiectionum, quae infra ponentur. ?.

2° intellectus practicus non est potentia diversa ab intellectu speculativo ut ei respondeat modus cognoscendi diversus ab apprehensione et iudicio; sed apte intelligitur et salvatur unum, et eundem intellectum esse practicum in ordine ad apprehensionem et iudicium circa obiectum operabile, nempe repraesentando modum, quo debet fieri seu dictando sic et nunc efficiendum, qua de causa intellectus practicus dicitur dirigere operationes et illam ordinare. At vero esse speculativum in ordine ad apprehensionem et iudicium circa obiectum suum speculabile, hoc est sistendo in contemplatione veritatis, et proprie rerum aeternarum. quapropter dicitur esse potentia contemplationis, ut ex professo firmavi in logica disp. de habitibus q. 7a. et alibi. ?.

3° dictus actus intellectus est repraesentatio obiecti, ut constat, quia est intellectio aut igitur repraesentat dictando aliquid convenire, aut non convenire alicui aut non repraesentat ita dictando: immo sed non tamen sunt contradictoria non est medium, si 1um eo ipso est iudicium; si 2um eo ipso est sola apprehensio. nam haec, ut constat ex illis verbis, et communiter conceditur distinguitur a iudicio ex eo quod non repraesentet dictando aliquid convenire, vel non convenire alicui. !

Confirmatur: dictus actus noster intellectus aut repraesentat cum aliqua

Compositio, vel divisione, aut non. si primum est iudicium, quod dicitur compositio vel divisio, ut loquuntur Aristoteles, D. Thomas et alii ubi supra in 1. probatione: si secundum est sola apprehensio, item (quod in idem recidit) aut repraesentat affirmando, vel negando aliquid, et sic est iudicium: aut non affirmando, neque negando et sic est sola apprehensio. etc.

4º. cum Adversarii dicunt imperium esse actum intellectus significatum his verbis fac hoc, si non sistatur in solis vocibus, sed res ipsa explicanda sit nihil aliud dici potest, nisi quod imperans quando dicit fac hoc denotat se habere iudicium enuncians suam volitionem efficacem, ut hoc fiat, ut amplius exponetur ex infra dicendis.

Aliquae obiectiones.

1º. obiicitur imperare est eius facultatis, quae movet alias ad exercitium, sed hoc est voluntatis, ut ex communi doctrina D. Thomae et aliorum diximus cum communi quaestione 9. primo dist. 4. cap. 1. et c. 1. quod imperare, seu imperium est actus electivus a voluntate, et non ab intellectu.

Respondeo explicando, et distinguendo ad hoc, si imperare sumatur, ut dicit propriam et perfectam rationem imperii, est eius facultatis, quae movet alias non quo movetur. sed tamen quamvis sit decernens per modum superioris ordinantis illam ad finem, nam hoc intelligitur esse propria et perfecta ratio imperii ea propter qua imperium dicitur imperare subditum. id autem competit actui intellectus, quo insinuatur, seu denunciatur voluntas efficax imperantis. Atque hoc signat D. Thomas in hac quaestione 17. ad primum dicens. imperare non est movere quocumque modo, sed cum quadam intimatione denunciativa ad alterum, nempe hac intimatione ultimo denotat et obligat subditum ad parendum, ut diximus supra post communem primam quaestione 2. §. 2. Cum hoc autem stat id quod ibidem probatione 1. dicitur ex D. Thoma diximus voluntati etiam competere imperium suo modo, nempe quatenus per suum affectum ordinando in finem non ordinatur directive sicut intellectus, sed ordinatur appetitiva decretive; quod quidem quia non est ultima ratio decernens per modum superioris, id circo non est

proprie et perfecta ratio imperij, ne sistat in modo loquendi aequivoco

Dices voluntas dici solet veluti Regina potentiarum, quia parvulo illa per motum superioris illius dictat ad opus, ac proinde illi soli conveniat proprie et perfecta ratio imperij. — Respondeo negando consequentiam quia si voluntas dicitur Regina, intellectus dicitur Rex, cui competit proprie et perfecta ratio imperij, ut quidem varij modi loquendi metaphorici in hac materia non sunt negandi, sed sublata aequivocatione exponendi. quod ad rem attinet intellectus esse perfectiorem voluntate, ut ex Aristotele D. Thoma et alijs diximus 5. c. 9. 1. et 3. disp. 3. cap. 5. sect. 4. difficult. 2. ad 2m.).

Item regere, unde desumpsimus nomen Regis, proprie convenit intellectui, quia regere est illuminantis, et dirigentis, quod proprie praestat intellectus suo lumine, hoc est intelligentia: nam voluntas est veluti potentia caeca. Unde illud Proverb. 18. n.° 15. ubi de sapientia dicitur, per me Reges regnant, et legum conditores iusta decernunt, per me Principes imperant etc. et si possit habere alium sensum, admittit etiam istum, quod regere, et imperare et legem statuere est intellectus, cuius est sapientia. et sic D. Thomas 1.a 2.ae q. 90. ar. 1. et alij ibi docent legem esse actum rationis, nempe proprium imperium superioris. et Arist. 10. ethico. cap. 9. longe post initium ante medium. Lex (inquit) est ratio a mente profecta. et 1. Politico. cap. 3. post medium ait. mens post appetitum habet regium imperium. et 1. ethico. cap. 13. paulo ante finem dicit. pars appetibilis particeps rationis quodam modo est, quatenus eius imperio obtemperat.).

Contra 1.° obijci potest proprie ratio imperij attendi ex virtute movendi subditum ad parendum, sed haec competit alicui voluntati, nam, ut ait D. Thomas in hac q. 17. ar. 1.° corpore. in viribus animae primum movens ad exercitium actus est voluntas, ergo 2.m movens non movet nisi in virtute primi moventis, sequitur inquit, hoc ipsum, quod movet imperando, esse ex virtute voluntatis ergo imperium proprie et principaliter est actus voluntatis.).

Respondeo exponendo antecedens proprie rationem imperij attendi ex virtute movendi non quocumque modo, sed ita ut sit illius ratio per modum superioris ad opus operantem dirigens: at haec, ut diximus

supra ad 1.m obiectionem. Imperium est actus intellectus; idque significant verba ibi adducta ex D. Tho. in hac q. 17. ar. 1. ad 1.m imperare non est movere quomodocumque, sed cum quadam intimatione denuntiativa ad alterum, quod est rationis; ubi, ut patet, supponit imperio, quod est actus rationis, esse suum modum movendi cum intimatione. Et cum hoc bene coherent alia verba quae obiecta ex ipso D. Tho. quod ratio, hoc est intellectus imperando movet in diversitate voluntatis, nempe quia praesupponit actum efficacem voluntatis, qui etiam movet in suo genere nempe in per modum intimationis enunciativae. Sic imperium intellectus, sed per modum affectus et propensionis.

Sane in imperio morali, quo superior obligat subditum, virtusque movendi moraliter obligando est actus intellectus, quo superior enunciat se habere voluntatem efficacem moventem subditum ad agendum, et talis actus intellectus, quidem intimatio voluntatis superioris est proprium imperium, cui tenemur parere. Sicque exponitur id, quod Med.a in hac q. 17. ar. 1.o §. Sed praetermissis. ait non tenemur nos conformare voluntati divinae, aut Praelatorum, at tenemur praecepto; hoc enim quam dictum quia potest esse expositum ambiguitatis, calumniae, cum alias ex more loquendi PP. dici soleat teneri nos conformari voluntati Dei, et Praelatorum (ubi subintelligitur si illa nobis intimetur implenda) explicandum, ut ibi subdit Medina dicens: quamvis ego intelligam Deum aut meum Praelatum aliquid velle, non teneor, nisi praecipiat, et ut intelligam eum velle nondum praeceptum est mihi, ut faciam, nempe non est praeceptum donec voluntas superioris denunciet seu intimetur, et haec dicitur solet intimatio ad subditum directa. Sic etiam Gab. Vaz. hic disp. 49. cap. 3. ad 2.um ait sola voluntas superioris absque ulla intimatione facta per illius intellectum non potest obligare conscientiam idemque docent alii s. citati in 2.a sententia.

3.o obijcit D. Tho. 2.a 2.ae q. 83. art. 1. inquirens an oratio sumpta pro deprecatione, aut petitione sit actus intellectus vel voluntatis. Cum in 3.o arg.to obiciatur

operat. intell. do ēē tres, nempè Apprehensionem, Iudicium, et discursum, et ad nullam illarum redduci ac reduci, atque inde illam ñ ēē actum intellectus, ut adulunt, et postea aut huic arg.º Respondens sic ait: illi tres actus pertinent ad rōem speculatiuam; sed ultra iis ad rōem practicam pertinet aliquid cavere per modum imperii, l. per modum petitionis. ergo sentit D. Tho. imperium sit et rōem ēē actum intellectus practici distinctum ab apprehensione, iudicio et discursu quas dixit ēē operat. intellectus speculatiui.

R. negando conam, qr ex mō loquendi D. Tho. apprehensio, iudicium, et discursus tribuunt intellectui speculatiuo ñ qr verò eis suo mō ~~ñ~~ conuenire intellectui practico sed per quamdam accomodationem, qr his nōibus apprehensio, iudicium et discursus explicite denotant diversi mi cognit. absque vitro mouente ad aliquid agendum, et ideo appropriant intellectui speculatiuo, qui sistit in cognit. rei, et ñ mouet ad aliquid agendum. Unde ad illis actum alius intellectus practici motiuum ad aliquid agendum specialem nomen imperii, &c. aliis appellant suis nōibus peculiaribus denotantibus uirtutem mouendi; et ñ tribuit illis nōem iudicii per se, eo quod appropriat intellectui speculatiuo, quod sistit in sola cognit. rei.

Hodie colligr ex isto D. Tho. meo met loco, nam in ar. illo. 1.º corp. sic ait: Ro speculatiua et practica in hoc differunt, qd Ro speculatiua ē ō apprehensiua rei (hoc ē ō repraesentatiua sistens in rei cognit. siue sit ō apprehensio simplex, siue iudicium, siue discursus) Ro vº practica ē ñ ō apprehensiua (sed ō causatiua, nempe dirigendo et ordinando ad opus) et subdit imperium ē causatiuum perfectè quasi necessitatem imponens: ideo vº imperfectè sicut induciens, et disponens alium, ut faciat qd oratione petit.

Praeterea id signat in hac q. 17. ar. 1.º Corp. ubi ita distinguit. ro pōt aliquid intimare, l. denunciare dupliciter

Vno modo absolute, et exprimitur per verbum indicativi modi ut si aliquis alicui dicat hoc est tibi faciendum. Alio modo movendo ipsum ad hoc, et talis intimatio exprimitur per verbum ~~indicativi~~ modi imperativi; ut cum alicui dicitur fac hoc ex quibus verbis habetur sensum D. Tho. esse quod imperium non est iudicium assertivum ut cumque, sed tale quod praesupposito actu voluntatis habet vim movendi ad aliquid agendum, et ideo exprimitur per verbum modi imperativi.)

Idem dicendum de volunt. aliqui, et quae contradubia s. aliquis etc. qui notitiam iudicativam distinguunt in ostensivam, et praeceptivam, et dicunt actum imperij esse notitiam iudicativam, non tamen ostensivam, sed praeceptivam, neque id non ita intelligitur quasi notitia praeceptiva non sit etiam ostensiva sumendo hanc vocem late pro ostendere idem denotat ac aliquid notificare, seu repraesentare; sic n. omnis notitia est ostensiva, ut patet, sed per appropriatum modum loquendi notitiam ostensivam vocant eam, quae insistit in sola ostensione ~~...~~ et non movet ad operandum et ad alias actiones, ~~et ad~~ actum imperij vocant notitiam non ostensivam dumtaxat sed praeceptivam. Unde simili ratione concedunt actum deprecantis seu petentis aliquid esse notitiam non ostensivam solum sed orativam, seu deprecatoriam.)

4°. obijcitur iudicium est actus intellectus significans verum vel falsum per modum indicativi, siquidem propositio, quae convertitur a dialecticis definitur, ut sit oratio verum, vel falsum significans indicando, unde illam proferenti possumus apte respondere quod dicat verum, aut falsum. Sed imperium non ita se habet, nam exprimitur per verbum modi imperativi, ut cum dicitur fac hoc, scribe, lege etc. nec imperanti possumus respondere quod dicat verum, aut falsum. ergo imperium non est iudicium.)

Respondeo negando minorem, si sermo sit de imperio mentali, quod exercetur in mente; est n. actus indicativus verum, vel falsum significans indicando, quia ille, qui imperat vere habet

interius iudicium, quo asserat se habere volitionem efficacem, ut aliquid fiat. unde potest exterius explicare imperium per verbum modi indicativi, ut si superior subdito dicat denuntio tibi me habere voluntatem efficacem, ut hoc ex obligatione facias.

Sed quia communiter imperium non exponitur per haec verba, sed per orationem modi imperativi condistinctam ab enunciatione, ut cum dicitur fac hoc, inde est quod sic imperanti non possimus respondere quod dicat verum aut falsum, quia haec responsio communem usum est ad eas quae proferuntur enunciatione; at sub illis verbis fac hoc quamvis exprimatur affectus voluntatis subintelligitur in mente imperantis esse iudicium, quo interius affirmat se habere talem affectum voluntatis.

Idem contingit cum alijs modis loquendi, qui non sunt per verba modi indicativi, sed aliorum modorum exprimentium aliquem affectum ut cum orando aliquid petimus, aut suademus v.g. cum dicimus alicui ne hoc facias; aut cum per verba modi optativi significamus aliquid a nobis optari, nempe utinam diligerem Deum, tunc non solum exprimimus affectum voluntatis, sed subintelligitur in mente proferentis esse iudicium quo interius affirmat se habere interius affectum, perinde ac si exterius diceret: ego habeo affectum huius aut illius rei.

Sic ergo in modo proferendi imperium per verba modi imperativi ut fac hoc, scribe, lege etc. quamvis verba exprimant affectum efficacem personae imperantis circa rem imperatam tamen subintelligitur in eius mente esse iudicium, quo interius affirmat et enunciat se habere talem affectum, et huiusmodi iudicium est proprium et perfectum imperium internum ut ostendunt rationes additae §§. 1.° et 2.° et ad obiectiones praecedentes.

Similiter in modo proferendi orationem deprecatoriam ad Deum ut cum dicimus Deus in adiutorium meum intende, quamvis verba exprimant affectum, quo optamus nobis a Deo concedi id, quod petimus, tamen subintelligitur in nobis esse iudicium, quo interius nobis exprimimus nos optare id a Deo

Concedi; atq. in hoc iudicio interno, qd dicit interior loquutio, seu expressioni affectus optantis aliquid à Deo obtinere, consistit oratio mentalis sumpta pro deprecatione, seu petitione. quo pacto D. Tho. 2.a 2.ae q. 83. ar. 1.o corp. asse rit orationem non esse actum voluntatis, sed intellectus, et sic exponunt Val. hic disp. 49. cap. 2.o ad finem. et cap. 3.o ejus ad finem

CAP. 2.m

An imperium sit solo in superiore quoad alium infe riorum; an etiam in quolibet quoad se ipsum; et an id sit non solum alicuius utilitatis et efficacitatis, sed etiam necessarium: item an illo po sito ponatur necessario actus imperatus

Praemittendum est duplex imperium solere distingui: al terum œchonomicum, seu politicum, l. civile (quod ei dicitur im perium morale obligans) et est illud, quo superior imperat alteri sibi moraliter subdito. Alterum vero monasticum seu exequens, quo quaelibet privata persona sibi imperat ali quid faciendum. Et quidem apud omnes certum est, et per se constat concedendum esse imperium œchonomicum, seu morale supe rioris quoad alium subditum. est tamen controversia an imperium in qualibet persona quoad seipsum sit alicuius utilitatis et effi cacitatis, et insuper an sit necessarium.

1.a sententia absolute asserit in qualibet persona non esse necessarium imperium ad exequendas suas opperationes ita (Molina 1.a p. q. 23. com. art. m. 1. et 2.m disp. 2.a §. haec in sententia

3.a sententia addit non solum id non esse necessarium, sed neque esse alicuius utilitatis, aut efficacitatis in nobis ad nostras actiones. ita Val. 1.a 2.ae to. 1. disp. 49. cap. 4.o n.o 17. et 22. et alibi. Di

3.ª sentia dicit id in nobis ee necessarium ad mult.ª operat.es exequendas. ita Med.ª Valen.ª et Corduba. locis citandis cc.ª sequentur et alij, sed adhibenda e distinctio ex.ª infra dicenda.).

1.ª cc.ª n.º t.º e imperium in superiore q.ª alium inferiorem sed etiam in qualibet persona e peculiare imperium magne utilitatis et efficaciæ ad n.ras act.es, imo e necessarium ad illa opera, quæ propria volunt.e eligit facienda. Colligit ex D. Tho. in locis citandis in 3.ª prat.e Med.ª 1.ª 2.æ q. 9.ª ar. 1.º cc.ª 3.ª et 4.ª et q. 17. ar. 3.º Valen.ª ibi dp.e 2.ª q. 12. punct. 1.º ubi §. Porro ex hac doct.ª addit imperium ee necessarium ad oem actum voluntatis, qd in nostra vniversè n.º p.ªmus, ut ex infra dicendis ostendet. eidem tn mo cc.ª necessitatem imperij limitans ad ea opera quæ propria ad.ª lunt.e eliguntur facienda. Corduba lib. 2.º Quæstio. q. 10. post solutionem ad 1.um §. Respondeo ad replicam cc.ª finem ait imperium requiri ad actus, qq deliberatè volumus aliquid.).

Prat.ª suar. tom. 1. met.ª dp.e 19. sect.e 6. n.º 8.º ait in intellectu ee imperium practicum, quo quis intelligit sibi ipsi imperare, et id ee iudicium perfectè practicum in oibus circumstantijs per modum intimationis loquutionis quid sit faciendum. et sect.e 7.ª n.º 12. ad finem ait necessarium, ut statis aequis consentit fiat, et sibi met notificet, seu promulget suum consensum et subdit hoc fieri per iudicium practicum, quo iudicat hoc ee agendum: atque id ee imperium, qd D. Tho. ponit in intellectu post efficacem electionem voluntatis.).

Prior pars qd peculiare imperium in qualibet persona sit magnæ utilitatis et efficaciæ ad suas proprias act.es, ostendit. 1.º ex locis ss.æ et expositionem PP. sæpè David in Psalmis seipsum alloquens sibimet imperat. Psal. 102. n.º 1. Benedic aia mea Dno. Psal. 145. n.º 1. lauda aia mea Dnum. cc.ª quem locum D. Augusti. tom. 8.º ait aiam sibi ipsi imperare. et tom. 1.º lib. 8.º Confessio. cap. 9.º ait aium imperare corpori, et ipsi aio.

2.º ex Arist.º varijs locis, qq docet in nobis respectu nostrarum actionum rōem, seu mentem habere imperium. ut 1.º ethico c. 13. versus finem. et 1.º Politico cap. 3.º post medium, et alibi sepè. 1.

3.º ex D. Tho. 2.ª 2.ª q. 83 ar. 1.º corp.º ubi sic ait ad rōem pertinet non solū imperare inferioribus potentijs et membris corporis, sed etiam hoibus subditis. ubi ut patet significat non solū imperium quo hō imperat alijs hoibus, sed etiam quo imperat suis potentijs, et membris. et 1.ª 2.ª q. 17 ar. 3.º ad 1. in fine ait voluntas eius quod imperium rōis, quandoque quidem voluntas alterius ut cum aliquis imperat alteri; quandoque autem voluntas ipsius imperantis, ut cum aliquis imperat sibi ipsi. et ibi ab ar. 5.º usque ad 9.m docet hoiem sibi ipsi imperare varios actus. 1.

2º Supponendum est quod conscientia erronea vincibilis et culpabili dictans esse bonum id quod re ipsa est malum, tunc peccatum esse illam positive sequi faciendo id, quod dictat vlr. si quis culpabiliter existimans in aliquo casu licitum esse mentiri tunc mentiatur peccat quamvis quis sua conscientia existimet tunc ni esse peccatum mentiri tamen eo ipso quod illa 2.ª sit culpabilis quamvis posset retinere deponere plicat eam sequendo quia malitia operis ipso conscientias culpabilem est illi moralis voluntaria saltem indirecte. Et in hoc differt a conscientia invincibili et inculpabili quando si quis positive sequatur ni peccat quia eo ipso quod inculpabiliter ignorat malitiam operis excusatur a peccato et tunc ea malitia est illi moraliter involuntaria sed est inculpabiliter ignota ut contingit in casu qui hic Gen. 29. quod Jacob accessit ad Liam suam conscientiam in culpabiliter existimabat esse suam vxorem ~.

Hoc ex supposito debet esse certa in qualibet sententia atque ita eam certe supponunt authores solis sententiis litteris talibus vestra afficiendis. Notanda tertio est quod D. Thoma in hac q. 19. art. 6. concl. quarta inquit bonum vel malum morale consistit in actu inquantum est voluntarius. illa ignorantia quae causat involuntarium tollit rationem boni vel mali moralis non autem illa, quia involuntarium non causat. hinc igitur conscientia errat errore voluntario aut directe ut cum voluntas fertur in ipsam ignorantiam ut aut vellit ignorare id, quod tenetur scire, aut indirecte ut cum propter negligentiam non curat scire id, quod tenetur vel potest scire, tunc error non excusat quin voluntas concordans tali conscientiae erranti sit mala si autem error sit talis ut causet involuntarium propter ignorantiam absque negligentia tunc excusat ut voluntas concordans rationi eranti non sit mala.

Constat ex his quae de ignorantia inculpati et culpati contra communem doctrinam tradita sunt ut q. 6. D. Thoma q. 1. cap. 7. ex quibus constat malum inculpate ignoratum esse involuntarium ac proinde non imputabile ad culpam. secus vero malum culpabiliter ignoratum.

His suppositis restat difficultas circa duo puncta. primum est de conscientia erronea vincibili vel culpati. An quis peccet si eam sequi nolit. ex supposito quod non deponat obligat ut eam sequamur quoad dictat obligationem faciendi id quod proponit. 2me. de conscientia erronea invincibili et inculpati. An obliget ut eam sequamur cum alias eam sequens sit quoniam monstrosum quis excuset a peccato propter ignorantiam inculpatem.

1a Concl. conscientia erronea vincibilis vel culpatis non obligat ut eam positive sequamur faciendo id, quod dictat. Haec conclusio quoad continet praecipuum punctum. id quod quoad hac in talibus materiis maxime attendendum gravius auctoritates probanda est. i. doctrinis gravium authorum referendo aliqua eorum verba ut ostendatur esse ex eorum mente.

D. Bonaventura 2. sent. d. 39. art. 1. q. 3. n. 19. ad finem agens de conscientia erronea ait illa non ligat ad faciendum id, quod dictat quoniam non potest bene fieri ut paulo supra et infra explicat et n. 21. quis, inquit, quamvis verum sit quod qui facit contra conscientiam peccat ex hoc non sequitur quod tenemur facere id quod conscientia dictat esse faciendum, nempe quando non potest bene fieri. idem fere eadem doctrina ex D. Bonaventura desumpta docet Gerson a Gabriele. 3 o. post litteram X. ubi infinita.

Dur. 2. sent. d. 39 q. 5. n. 7. conscientia inquit erronea dictans esse faciendum quod est illicitum fieri aut non debitum neminem obligat quoniam obligari non est ad illicito aut non debito. nempe ergo non obligat positive ad sufficiendum negative quod vocat ligationem seu ligare.

Capreolus ibid. q. una art. 3. ad 1m 2a 3m etc. quis supponat ex conscientia erronea posse esse obligationem illicito quod hoc quod conscientia reclamante non possumus licite operari contra eam, quae est ligatio seu obligatio

negative non subdit eum divinae conscientiam erroneam obligare nisi dico vinel
Legis largae qua habens eam tenet non discordare illi non tamen tenet se confor
mare illi

Greg. in eod. d. 39 q. 1 art. 2. respondens ad quandam rationem
et potestas. q. 1 a. in nullo inquit casu conscientia erronea dictans aliquid esse
esse agendum vel non agendum debet tali iudicio se conformare et ibi probat non
teneri ad agendum id quod dictat quis teneat ad non agendum contra illud

Gab. ibid. q. unica art. 3. dub. 2. conscientia inquit erronea non obligat ad
faciendum quod contra legem dictat credens se conformiter legi dictare. Idem
Almaing. tract. 1 moral. cap. 6

Corduba lib. 3. quaestionarij q. 4. pp. 5. conscientia, inquit, erronea vincibilis
dictans obligatorie id, quod alias est illicitum non obligat ad conformandum nos
illi. Azorius q. 1 institut. moralium lib. 2. cap. 8 q. 8. conscientia inquit erronea
quando est ex errore vitioso non habet vim obligandi idque explicans subdit quis quandiu
ea permanet contra eam absque peccato agere non possumus non tamen eam sequi debemus
et obligandi vim non habet

Bas. l. 2. tr. 1 d. 60. cap. 2. n. 10. ait si sermo sit de conscientia erro
nea quando est ex ignorantia vincibili non est eam ligare et obligare non quidem q. ad hoc ut
ipsam quis positive sequatur sed ad hoc ut contra illam non faciat quae duo ss
bene distinxit ac si diceret obligat negative non positive. Bal. l. 2. dq. 2.
q. 14. pun. 5. ad 1m ait quando conscientia erronea vincibilis dictat aliquod malum
v.g. furtum esse debitum ex praecepto, falsum est tunc hominem obligari ut eum
illa concordet furando.

2a prob. ratione non potest esse obligatio moralis ad faciendum id, quod est intrinsece
malum morale et quidem sequi conscientiam erroneam vincibilem et culpabilem
faciendo opus illicitum quod falso dictat esse praeceptum est intrinsece malum morale
et peccatum ergo ad id non potest esse obligatio moralis cum etiam min. est certa inquam
liberet conscientia quod facere opus illicitum v.g. furtum quando illud dictat conscientia
vincibili et culpabili est peccatum ut notum est et ostensum sup. in 1a suppositione
mai. vero probatur tum ex communi recepto et doctrina collecta ex ss. et sanctis Patribus et con
ex aliis auctoribus, quia saepe dicunt neminem teneri ad id, quod est intrinsece malum
et peccatum sed potius teneri ad vitandum illud; tum ex ratione ex proprio conceptu sym
deresis quae dictat obligationem moralem quae est praeceptum sed debere esse de bono
honesto. malum vero esse prohibendum ac proinde non esse ad illud inducendam
obligationem moralem seu praeceptum

Dices verum est esse probabiliter loqui non posse obligationem moralem esse ad id quod
est intrinsece malum morale et peccatum at potest esse per accidens ex aliqua suppositione nempe
ex suppositione quod conscientia culpabilis dictet illud esse sub praecepto et illa non deponatur

Probatur hoc ita exijat ex data tali suppositione illud eo ipso quod fiat ex conscientia culpabili est intrinsece malum morale specificum ut constat quod neque ex tali suppositione potest esse moralis obligatio ad illud faciendum nam contra [illegible] doct.a ac princ. synderesis est numquam adeo, quod est intrinsece malum, praeceptum inducendam esse moralem obligationem. seu praeceptum sit semper in quolibet casu esse prohibendum quod quo aliquis non tenet illud impedire aliis posset ex bono aliquo fine sed ei permittere qua ratione Deus cum non teneat impedire peccata hominum et daemonum permittit illa. Vide sect.a n.a q. 6. disp. 1.a cap. 2. post 3m m n. 2. in fine. et ad obiect. 2am et n.a q. 14. disp. 8. cap. 4. n. 1. et ad finem illius cap.is notati 2.o et n.a q. 16. disp. 10. cap. 2. post [illegible] 2m disp. 1.o ~ insuper praedicta responsio adversariorum reijcienda est sequentibus probationibus

3.o Probatur ex ex suppositione quod conscientia erronea culpabilis dictet opus illicitum v.g. mendacium esse a Deo praeceptum ad huc verum dictamen naturale et divinum dictat tunc hominem non debere illud facere quod est peccatum quod est prohibitum ut constat quod tunc non potest esse obligatio positiva ad illud faciendum contra probatur quia si esset talis obligatio esset ex alio verum dictamen naturale et divinum dictans hominem in eo casu debere illud facere. hoc enim ratione ex suppositione conscientiae erroneae tenetur homo obligatione negativa ad non faciendum contra illam quia talis obligatio negativa est ex verum dictamen naturale et divinum dictans non esse operandum contra conscientiam existimantem aliquid esse a Deo praeceptum ut constat ex cit. doct.a sect.a tradita sect. 2. in probatione et ad 1.mam et 2.m obiect.em et non datur verum dictamen naturale et divinum dictans tunc hominem obligatione positiva teneri ad illud faciendum nempe ad mentiendum ex conscientia culpabili quia vera et naturalis et lex Dei dictat tunc non esse mentiendum cum sit peccatum ut consensum d[illegible] et concedunt ex adversarijs, neque enim est illam ex tunc dictare quod sit mentiendum quia repugnat et verum dictamen naturale et divinum dictari obligationem ad contradictoria. Dico quod tunc in ea suppositione non sit mentiendum et quod sit mentiendum. nam ex ipsis terminis intelligitur esse contra rationem naturalem et divinam legi quod umquam in ullo casu sive per se sive per accidens detur obligatio ad contradictoria praeceptum si utrumque aut aliquod sit intrinsece malum morale et peccatum

4 Probatur conscientia errans non inducit obligationem nisi virtute alicuius veri praecepti naturalis et divini ex quo inferat in eo casu erroris esse talem obligationem. sed nullum datur verum praeceptum naturale et divinum ex quo inferat in casu conscientiae erroneae culpabilis esse obligationem positivam ad faciendum id, quod illa dictat quod non datur talis obligatio ~ maior constat in cit. doct.a cursus [illegible] sect.a citatis in principio et conceditur ex ab adversarijs et ostenditur quia omnis obligatio debet provenire, aut immediate aut saltem mediate ex praeceptis primariis cui reliqua subordinantur et eatenus datur obligatio negativa qua tenemur non esse contra conscientiam errantem quia non deponit quod talis obligatio inferat ex vero

praecepto nali vel div. hoc modo nihil est faciendum s[ecundu]m id quod existimatur esse prae-
ceptum a Deo q[ua]ndiu non deponitur talis conscientia quae alias sine offensione memoriae Dei
adeo existimatur illud esse praeceptum. sed talis conscientia errans existimat hoc esse
praeceptum a Deo quod non est s[ecundu]m illam faciendum q[ua]ndiu non deponitur. ergo haec obli-
gatio negativa infertur ex alio praecepto nali vel divino in quo continetur. —.

Minor v[er]o dici potest non dari ullum verum praeceptum nale vel divinum quod
dictet faciendum esse quod conscientia existimaverit esse praeceptum ut inde inferri
possit in casu conscientia erronea culpabilis esse obligationem positivam ad faciendum
id quod illa dictat: nam per se esset dissentaneum prudenti gubernationi n[on] so-
lum divinae sed etiam humanae statuere praeceptum dictans faciendum esse quod conscientia existi-
maverit esse a Deo praeceptum, cum enim certum sit hominem saepe culpabiliter esse era-
turum imprudens esset gubernatio si illi statueret hoc praeceptum fac quod
quod existimaveris esse a Deo praeceptum; at non est imprudens sed prudentissima
gubernatio si statuat illi obligatio negativa ne unquam operetur contra conscientiam
quia id nihil aliud est quam dicere nunquam esse faciendum aliquid in opposito ad
conscientiam quamdiu illa perseverat reclamando sed potius illas esse prudentes deponenda. —.

Confirmatur et declaratur ex[empl]o. si aliquis rex propositurus esset sua praecepta
subditis per aliquem internuncium quem sciret saepe culpabiliter fore eraturum
proponendo ut praecepta regia ea quae vere non essent imprudens sane esset
gubernatio illius regis si subditis statueret obligationem positivam faciendi
quod ab illo internuncio propositum foret quasi praeceptum regium cum sciret
illum saepe in proponendo fore culpabiliter eraturum at non esset imprudens sed pru-
dentissima gubernatio si illis imponeret obligationem negativam non faciendi id
quod ab eo internuncio proponeret ut praeceptum regis quamdiu contra diligentiam ad sibi ita non
deponerent eam existimationem sic quod servata proportione idem est in nostro proposito modo
dicto adeo notum est id quod Castropalaus 3. p. d. 39. art. 1. q. 3. n. 23. sic ait
conscientia est praeco Dei et nuncius vel dicit non mandat ex se sed quasi ex Deo sicut
praeco cum divulgat edictum regis. et hinc est quod conscientia habet virtutem ligandi
in iis quae possunt aliquo modo beneficio vel peccato. n. 19. 20. 21 et 22. dixe-
rat illam non habere vim ligandi ad faciendum quod dictat nempe quod non potest
beneficii eodem alii obiciunt aliis locis sic arcatis. —.

S. Denique potest si ob aliquam rationem recedenda esset obligatio positiva
ad faciendum id quod conscientia erronea culpabilis dictat esse a Deo praeceptum maxime ob
eam quam assignant adversarii quia arguunt, tenemur vitare omne peccatum vel quod non
facere id quod conscientia culpabilis dictat est peccatum ideo tenemur facere id quod dictat
sed haec ratio non habet vim quia est maxime potior quia ea ratio assignata ab adversariis in quaestione
neque aliqua alia potior vel assignari potest, sicut expositum patebit satis
ex dictis et dicendis alias. —.

Minor prob. quia dum nos tenemur ad vitandum omne peccatum id quod vid按 at inde

[illegible]

Minor prob. quia dum nos tenemur ad vitandum omne peccatum id quod videm[m] est inde sic argumentor ad adversarios: tenemur vitare hoc peccatum faciendo id quod dictat conscientia erronea alicuius, ut mendacium est peccatum ergo tenemur id vitare, ac proinde id non facere. Ad quod si dicas esse peccatum non facere illud quod dictat talis conscientia sane inde non sequitur quod teneamur deponere talem conscientiam ne illa existente peccemus procedendo contra illam, at non sequitur quod teneamur facere id quod dictat cum illud sit peccatum, neque tenemur ad vitandum unum peccatum facere aliud peccatum, nam ut dicit ex conc. Tridentino collecto ex epist. ad Rom. cap. 3 n. 8 non sunt facienda mala ut veniant bona, unde etiam sequitur non esse faciendum malum ut vitetur aliud malum atque hoc amplius probari potest ex iis quae adducta sunt secunda [?] q. 14 disp. 8 cap. 4 a 1 et 2 dum variis difficultatibus ibi proposita.

2a Conclusio: conscientia erronea invincibilis quae dictat aliquid esse sub praecepto obligat positive ut eam sequamur faciendo id quod dictat, ita [illegible] Mag. sent. [illegible] [illegible] in 3a s[a] Th[?] multi alii auctores theologici ex doct[a] quos retulimus in 2a s[a] et explicat expressa co ipso quod scientia sit invincibilis non [illegible] tamen si illam sequamur faciendo id quod dictat, quia malum invincibile ignoratum est moraliter involuntarium, ac proinde non subiicit culpa ut ex [illegible] ostensum est supra, supposita si vero illam non sequamur peccamus quia procedimus contra conscientiam talem quae possimus sine culpa sequi et debemus consequenter eam non procedere quia obligat positive ut eam sequamur quia possumus sine peccato eam sequi et tenemur vitare peccatum quod interveniret si contra eam procederemus et cum sit invincibilis non tenemur eam deponere atque hoc amplius ostenditur infra sect. 5 ubi specialiter exponetur an bonum sit sequi conscientiam erroneam invincibilem.

Sect. 4. Exponuntur et solvuntur fundamenta adversariorum asserentium conscientiam erroneam culpabilem obligare positive ut eam sequamur

Primum fundamentum est ex auctoritate divi Pauli, 1a est ex illo ad Gal. 5 n. 3 testificor autem omni circumcidenti se quoniam debitor est universae legis faciendae. Ubi D. Paul. loquens cum iis, qui post legem Christi susceptam existimabant adhuc necessarium esse circumcidi, ait eos obligatos esse debitores universae legis faciendae quibus verbis significat illis ex conscientia erronea etiam culpabili dictante necessitatem circumcisionem induci obligationem servandi totam legem Moysis.

Cui dicendum est sensus est eos qui tunc existimabant necessariam esse circumcisionem etiam non reipsa sed sui aestimatione esse debitores universae legis, nempe quia sicut falso existimabant se esse debitores circumcisionis, ita etiam consequens erat ut existimarent se esse debitores aliarum partium quae in lege Moysis continebantur [?]

post legem Xpi re vera non permanserit obligatio. quae D. Paul. arguit contra illos hic ait ut ad bonum ne existimarent se legi Mosis satisfacere implendo solum unam praeceptum nempe circumcissionem et transgrediendo alias et ut ibi exponit D. Thom. et inde est ac si ita arguat si aliquod praeceptum legis Mosis recepisti existimans eum esse necessariam totius illius dominatus tibi accersisti, leges enim omnes sibi coherent si ex parte aut nolli praeceptum implere praeceptas si non habet aut sortitur nec praeceptum quod servare velles —.

2.a aut.as est D. Thom. de verit. q. 17. art. 4. et 2. 5. T. 39. q. 3. art. 3 ad 3.m et in comment. ad Galat. cap. 5. lect. 2. circa illa verba debitor est universae legis quae vult significare vel consciam erroneam et culpatam obligare ut eam sequamur —

Et id intelligit de obligatione quoad hoc ut non discordemus a conscientia erronea procedendo contra illam quod illi dictat non tamen quod teneamur positive eam sequi faciendo id quod culpate dictat. Hoc autem expositio ostenditur 1.o ex verbis rationem D. Thom. hic q. 19. art. 5. ubi id ita exponit, quo inquit, voluntas discordans a ratione errante est mala. 2.o ex ipsis expositionibus D. Thom. cap. 2. 5. T. 39. q. unica art. 3. ad 1.m 2.a 3.m et distinguit obligationem quae sumi duplex 1.o stricte ita ut teneamur conformare sequi et necessarie. 2.o large ita ut teneamur ab illa non discordare et subdit eam asserens conscientiam erroneam obligare intelligit 2.o modo large quia habens talem conscientiam tenetur non discordare illi non tamen tenetur se conformare illi nempe quod est culpatus sic eum exponunt contra. 12. q. 19. art. 5. & nota ex hoc. Bar. ibid. q. 65. cap. 2. n. 5. et alii —.

3.m fundam. est conscia erronea vincibilis obligat ne ab illa discordemus sed non possumus non discordare ab illa nisi eam sequamur faciendo id quod dictat nam eo ipso quod illud omittamus jam discordamus ab illa quae obligat eum ut eam positive sequamur —.

Ro neg. min. quia possumus non discordare ab illa si eam deponamus et vera obligatio negativa qua tenemur ab illa non discordare non obligat ad id per medium malum et illicitum sed solum per bonum et licitum quale est ad sensum prudenti diligentia deponere conscientiam culpatam nam ea deposita licitum est aut facere opus aut omittere id quod dictat et quia ad id quod culpate dictat eum sit malum respectu non est licitum ut patet ideo ad id non obligat ne ab ea discordemus quae nihil est inter hoc quod est quasi quodlibet est illicitum, dare medium licitum, quod est neque illi discordare neque discordare quod licite fieri potest si eam deponamus atque ita ad id tenemur —

Dices ex suppositione quod eam non deponamus adhuc obligat ne ab illa discordemus sed ex suppositione quod eam non deponamus non possumus non ab illa discordare nisi faciamus id quod dictat quia si non faciamus iam discordamus ut patet quae ex tali suppositione obligat ut illud faciamus —.

Q ne, eius qñ eius illud facere sit intrinsece malum morale seu peius ut
dictat non potest ad id obligare ut non discordemus ab illa, sicut neque potest esse obligatio
faciendi mala ut veniant bona neque faciendi unum peius ut vitet aliud ut ex
positione scilicet prad. in 5.a probatione quae dat illa suppositione est moralis obligatio non habendi
eam conscientiam culpatam sicut quod secundo peccamus etiam ex suppositione quod peccemus datur moralis obligatio
ad non peccandum bis quis ex suppositione quod eam non deponamus nostra culpa redigamur in
eas angustias ut ex suppositione non possimus non ab ea discordare nisi faciamus id quod dictat
tamen inde non sequitur quod morali obligatione teneamur illud facere cuius sit intrinsece malum seu
peius et alias fuerit et sit in nostra potestate obligatio non habere eam suppositionem culpatam
ex qua redigimur in eas angustias.

Urgebis quando aliquis tenetur ad aliquem finem ad quem non est nisi unicum medium
eo ipso quod teneatur ad illum finem tenetur etiam ad illud unicum medium sed ex suppositione
quod non deponamus conscientiam culpabilem ad quam tenemur non discordare ab illa et ad id
tunc solum est unicum medium facere id quod dictat, nam si id omittamus iam discordamus
ergo tunc ne ab illa discordemus tenemur facere id quod dictat.

R. concedendo maiorem tenetur morali obligatione ad illud unicum medium si non sit
intrinsece malum morale seu peius non tamen si sit intrinsece malum morale seu peius quia re-
pugnat aliquem manere obligatum ad quae nemo agit ad id teneri ut ostensum est
sectione 3.a in probationibus 1.a et 2.a

Instabis si ad eum finem non discordandi a conscientia ex suppositione quod illa non deponatur
relinquitur unicum medium facere id quod culpabilis dictat, et si ad id medium tunc non
tenemur quia est intrinsece malum et peius sequitur inde quod neque tunc teneamur non discordare
a conscientia quia qui non tenetur ad medium sine quo nequit obtineri finis neque etiam tenetur ad finem.

R. neg. cons. quia ut morali obligatione teneamur ad bonum aliquem finem sufficien-
tius satis est ut ad illum alias sit aliquod medium licitum ad quod per se teneamur quamvis
per accidens ex suppositione aliqua culpabili solum relinquatur medium illicitum ad quod non tene-
mur. atque ita ut teneamur ad eum finem non discordandi a conscientia obtinendum satis
est ut ad talem finem sit solum unicum medium licitum quod est non habere conscientiam culpatam
ad quod per se tenemur quamvis per accidens ex suppositione culpata quod eam non deponamus non relin-
quatur aliud medium nisi facere id quod culpabilis dictat ad quod tamen non tenemur quia est intrinsece
malum seu peius et nostra culpa redigimur in eas angustias ut peccemus inevitabiliter
vertamur sive faciendo id quod tunc culpabilis dictat conscientia sive non faciendo illa
reclamante.

3um fundamentum ex hypothesi quod aliquis non deponat conscientiam culpatem qua ex-
istimat se teneri ad mentiendum pro tuenda vita innocentis verba debet esse ali-
qua ex his propositionibus aut iste tenetur nunc mentiri aut tenetur non mentiri nam cum
includant extrema contradictoria non videtur quod possit habere medium et earum aliqua non potest non
esse vera. Si igitur vera sit prior propositio quod iste tenetur nunc mentiri sequitur inde
eum nunc teneri ad faciendum id quod conscientia culpata dictat quod est positive [illegible]

si aut posterior opp. sit vera quod ille tenetur non mentiri, sed per eum non teneri obl. quam negativam ne discordet ab sua conscientia erronea. nam bene valet non obstante sua conscientia erronea dictante obligationem mentiendi tenetur non mentiri, ergo non mentiri est discordare a sua conscientia quia potest ab illa discordare, quia non tenetur obligatione negativa ne ab illa discordet.

Resp. ex illis propositionibus aliquam esse veram non opportere eam, etiam quod includant extrema contradictoria. nam illa propositiones non sunt contradictoriae, quia in utraque propositione affirmatur illud verbum tenet ut si dicatur ille tenetur nunc mentiri, ille tenetur non mentiri, quae propositiones constat ex vi formae non esse contradictorias, cum in talis forma possit contingere ut neutra sit vera, v.g. si aliquid non sit sub praecepto nec sub consilio neque vera est haec propositio ille tenetur hoc facere, neque vera est alia propositio ille tenetur hoc non facere, ut constat quia cum illud sit sub consilio nec tenetur facere, neque tenetur non facere. ex illis ergo propositionibus rationem mihi inquiris aliqua est vera, et quidem illa prior ille tenetur nunc mentiri non est vera, quia cum mentiri ex se sit culpabile sit malum morale, et peccatum semper quod sit liberum non est verum quod aliquis unquam sive per se tenetur non mentiri est vera. vel hoc sensu quod etiam ex supp. conscientiae invincibiliter non deposita sumendo id ex parte subiecti tenetur ille non mentiri. nam etiam existens sub tali supp. tenetur non peccare, quia cum mentiri tunc sit peccare vere tenetur non mentiri propter id dictet verum dictamen naturale et divinum vel expositivum est sed quod. in 3a. propositione etc.

Cavenda autem est equivocatio ne illa supp. conscientiae culpabilis non deposita sumatur ex parte praedicati ita ut sensus sit ille tenetur non mentiri non deposita sua conscientia, sensus est falsus quia positus tunc sciens conscientiam erroneam non depositam tenetur eam deponere, atque ita non mentiri.

Ad id vero quod subditur cum non teneri obligatione negativa ne discordet a sua erronea. Resp. neque id sequi, quia etiam tunc talis tenetur non mentiri ut teneatur non sequi eam conscientiam erroneam culpabilem ac proinde ab illa discordare, cum autem dicitur bene valet non obstante sua conscientia erronea dictante obligationem mentiendi tenetur non mentiri, ergo Resp. tenetur non mentiri ex eo quod etiam tunc tenetur non sequi eam conscientiam culpabiliter acquisitam, non sequitur quod liceat possit ab ea permanente discordare.

Dices ex supp. quod ille nunc teneat conscientiam erroneam non potest nunc eam non sequi, quia nunc non tenetur eam non sequi, quia nemo tenetur ad impossibile.

Resp. quis nunc ex hypothesi quod illam sequatur non possit ex supp. in sensu composito eam non sequi, potest tamen absolute, vel in sensu diviso, quia talis supp. est illi culpabilis voluntaria, atque id sufficit ut teneatur eam non sequi, sed etiam ex supp. quod sequatur tenetur non peccare.

4m fundam.tum e: siquis assensu erroneo aliquod ans q. reipsa e falsum existimet esse verum ex tali supposit. tenet assentiri consi falso quod bene infert ex illo anti. dat.q. verum dictamen nale et divin. dictans eum ad id teneri q. sibi siquis cons.tia erronea et culpabili aliquid q. reipsa e malum existimet esse bonum et preceptum ex tali supposit.e tenet illud facere dat.q. verum dictamen nale et divinum dictans eum ad id teneri.

R. distinguo ant. si sensus sit illum teneri obligat.e morali ita ut illud sit preceptum sic negandum e ans si sensus sit de assensu erroneo et culpabili quia nemo obligat. morali tenet illum n. sed e cum sit peccatum. in alio tamen sensu dici pot teneri. hoc e astringi et detrahi roe connex. is nempe q.a supposito assensu circa anteced. falsum existimatum verum ex vi connex. is detrahit quoad efficaciam ad assensum consis falsi quod bene ex illo infert. tamen si sensus sit assensus culpabilis n. tenet ad illum morali ullo precepto et tenet ad sibi contra, seque deligentia deponere assensum erroneum culpabilem antis falsi et sic simili modo dici e in proposito de cons.tia erronea culpabili ut ostendi pot ex su.a dictis et amplius et infra dicendis ex quibus soluuntur alia que obiici possent.

Sect. 5. An voluntas concordans cons.tiae erroneae sit bona.

1a pp. si cons.tia erronea sit culpabilis voluntas illi concordans hoc e opposita sequens illius dictamen faciendi id quod dictat n. e bona sed moraliter mala ac proinde peccatum. est e contra thomas cum D. Tho. in hac q. 19 art. 6. et exposita ac probata e sic.a in hoc cap. sect. 2. in 1a suppos. et post: cu.m 4.m an probationibus.

Obij. q.o cons.tia erronea culpabilis dictat esse malum id, quod reipsa e bonum voluntas illam sequens e mala q.a fert in obiectum oppositum ut malum q.o e contra q.do illa dictat esse bonum id, quod reipsa e malum voluntas illam sequens erit bona q.a fert in obiectum propositum ut bonum.

R. neg. conseq. q.a ut bene docet D. Tho. hic art. 6. ad 1m ex D. Dion. cap. 4. de divinis nominibus cum bonum debeat esse ex integra causa malum vero sit ex quocumque defectu ut voluntas sit moraliter mala sufficit quod ferat in obiectum propositum ut malum quis reipsa n. sit malum q.a sic ex vi affectus amplectitur malum quod proponitur et contemnit preceptum ut exposuimus e sic.a in hoc cap. sect. 2. post cu.m 1.m . at ut voluntas sit bona n. sufficit ut ferat in obiectum quod sola culpabiliter proponitur ut bonum. nam cum illud reipsa sit malum culpabiliter ignorat

roe modi procedendi culpatis e voluntarium indirecte seu interpretative ut ex dictum e in hoc cap. sect. 3. n. 2. supp. et plenius alio loco ibi citato volitio atque quamvis e aliquo modo volitum malum non potest esse bona eo quod velit bonum sed cum roe proponit malum nam eo ipso negatio boni amat debitae officiat. Modo inordinato ut explicatur e sic. a. ut xpo Sanc q. m. m. 9. dp. 2. cap. 5. in ipsar. e ed. et ad 2m. sheit. et amplius alys locis ibi citatis etc. si volitio e mala ex eo quod aliquod malum sit p eam volitum saltem indirecte fieri non potest ut illa simul sit moralr bona quis illud obi ex conscientia erronea proponat ut bonum, q. una et eadem volitio n potest simul esse moralr bona et mala ut expositum e a. q. 18. dp. 2. cap. 5.

Dices q. obm quod ex ipsa e malum proponet ut bonum p conscientiam erroneam ex culpatam tunc malum n e cognitum q. illud obm existimatur, esse bonum q. tunc malum n e volitum q. nihil e volitum quin sit p cognitum q. tunc volitio illius obi n e mala q. p eam n e volitum malum.

Rs. quis tunc malum n sit cognitum explicite e tn implicite saltem sed aliqua roe dubitandi, q. eo ipso quod conscientia sit culpatis presupponit saltem aliquam roem dubitandi et oblig. inquirendi prudenter veritatem et qui negligenter ommittit prudentem inquisitionem. ad quam tenet eo ipso indirecte et interpretative censet velle ignorantiam ac proinde malitiam obi culpabr ignorati. vide sic. a. q. 18. dp. 1. cap. 5. sect. 3. ad 2m. quare ndm e ex p. mi quo obm proponit numquam oro idem eodem mo propone p conscientiam culpatam et p inculpatam nam conscientia culpatis presupponit saltem sub dubio propositam obligationem ad investigationem veritatis quae negligenter omittit sed non q. conscientia e inculpatis.

2a p. si conscientia erronea sit inculpatis proponeris aliquod ut bonum voluntas illi concordans n e moralr mala sed bona quis sit aliquod monstrum ex p. sui inv. voluntariam. ratio quia sic ex illis auctoris qui dicit esse bonum imo et sub oblig. sequi conscientiam erroneam invincibilem. ita Clerico. lib. 3. q. 4. p. 4 et 5. et superius lib. 2. q. 23. in c. docuerat aliquis per ignorantiam invincibilem mali excusari a malitia et esse bonum. Bas. 1a 2. disp. 1. dp. 60. cap. 1. n. 7 Bal. ibi. dp. 2. q. 19. p. n. 5. asserit 2. Acor. p. 1. a. inst. moral. cap. 3. q. 8 et alii.

(Ibi. 1o ex D. Thom. in 1a 2ae q. 19. art. 6. corp. ubi sic ait cum conscientia quae causat involuntarium proveniens ex ignorantia absque omni negligentia excusat ut voluntas concordans roi errantis n sit mala. Sensus sumit roe quis, obm sit ipsa malis in se malitia sit inculpatis ignorata e involuntaria

q.º voluntas amplectens illud dom. conscia inculpati suppositum ut bonum n. e moralis mala q.ª malitia obi quae n. e voluntaria n. reddit volun-

moralis malam. Vrbisque si talis volitio n. e moralis mala q.º cum sit delibe-
rata et dom. conscia inculpati suppositum ut bonum dari e illas esse moralis
bonam. Prob. cons. xª. sententia D. Tho. supra expositam 1.2. q. 18. q. 2. cap.
6. art. 2. n. dari aliud deliberatum quae sit indifferens in individuo ita
ut n. sit aut moralis mala, aut bona; q. si illa volitio deliberata n.
e moralis mala ut supponitur sequitur eam esse moralis bonam ~.

2º cons. Itemnat. moralis actus procedentes ex errore inculpati ac intentione
boni finis n. censentur vituperabiles q.si mali, sed potius laudabiles et meritorij
q.si boni, sic illud quod Gene. 29. refertur de Jacob. accedente ad Liam ex 2 lib.
invincibili ignorante eam n. esse suam uxorem censetur fuisse opus
honestum et meritorium ut notant multi in eo loco et in aliis. Coll.
lib. 2 quaest. 4. 23. 5. 3. 6. docet tales actus ex ign.ª inculpabili esse
meritorios nempe si adsint alia requisita ad meritum ~.

3º Prob. de expositione bonitas et malitia moralis actuum attendi ex obo
bono et malo sub quo e voluntarium; sed q.º dom. conscia malum supponi
inculpati ut bonum tunc illud e involuntarium sub quo e malum
q.ª sic e inculpati ignoratum et sic relinquitur voluntarium sub quo
supponitur ut bonum q.º talis actus e moralis bonus ac proinde ex meritorius
si dentur alia requisita ad meritum nempe si procedat a supposito
grato in statu viae cum condit. de merito ~.

2ª V. pars probata cons. asserens eam voluntatem quae [illegible] ex erro-
nea inculpabili gerere quandam monstrositatem physicam involun-
tariam sic explicatur et prob. q.do dom. e circa malum e ex culpa difformitas
n.e totalis ut realis e et per talem difformitatem actus ca. illud dicit
gerere quandam physicam monstrositatem quae n. e involuntaria
per physicam inculpatam qua illud dom. sub quo e malum invin-
cibiliter ignoratur, et sic supponitur ut bonum. V.g. si quis inculpabili
existimet mendacium causa liberandi innocentem esse bonum, tunc
illi involuntaria e monstrositas mendacij invincibili ignorata.

Prob. arguitur 1º actus n. potest esse moralis bonus nisi ex integra cau-
sa, ut sit malus sufficit quicumque defectus q.º n. potest esse moralis bonus
q.º dom. e circa malum quantumvis inculpati supponatur ut bonum

q. tunc n. e. bonitas ex integra causa cum obm n. sit recta bonum.

Confir. ex D. Tho. hic q. 19. art. 6. ad 1.m ubi ait ad hoc quod dicatur malum id in quod fert voluntas sufficit sive quod sit scdm suam nam malum sive quod apprehendatur ut malum sed ad hoc quod sit bonum requiritur quod utroque modo sit bonum.

R. explicando ans actus n. pt esse moralr bonus nisi sit ex integra causa quae sit sufficiens ex se requisita ad bonitatem moralem. at integra causa ad id suffis ex se requisita attendit ex obo scdm quod e. volitum aut directe aut indirecte. ergo obm quod revera e. malum q. inculpabr ignorat malitia n. e. ullo modo volitum ut malum sed ut inculpabr proponitur ut bonum ideo id satis e. ut tunc actus sit moralr bonus ut ostendit rationibus adductis ad priorem partem 2.ae q.tis atque hoc esse xam mentem D. Tho. ex illis verbis ostenditur e. ibi probat. 1.a

Ad confir. R. q. D. Tho. ait ad hoc quod dicatur id in quod fert voluntas malum+ sufficit quod sit scdm suam nam malum etc. si id referatur ad voluntatem moralr malam intelligit q. obm scdm suam nam e. malum et proponitur per suam culpabilitatem tunc eni quis proponatur ut bonum illud sufficit ut actus sit moralr malus. neque n. dicit obm sit scdm suam nam malum et per suam inculpabilitatem proponatur ut bonum. tunc eni q. malitia e. invincibilr ignorata et involuntaria actus voluntatis n. e. moralr malus ut docet ex professo D. Tho. nullo art. 6. cap. cuius verba relata sunt pro 2. in 1.a probat.

Post id quod ait ad hoc quod sit bonum requiri quod utroque modo sit bonum. nempe quod obm scdm suam nam bonum et quod apprehendatur ut bonum. intelligit ad hoc quod actus sit omnino bonus moralr simpliciter. ita ut nullam includat physicam monstruositatem neque involuntariam. nam fieri pt ut quis obm sit scdm suam nam malum adhuc tn actus sit moralr bonus propter quod habeat inculpabilem ignorantiam obm prout malum sed et proponitur ut bonum ut ex doct.a D. Tho. ostensum e. in illa 1. probat. quis talis actus includat aliquam monstruositatem physicam involuntariam ut dictum e. in 2a q.te propositionis 2.ae.

2.o atqui ut operatio sit moralr bona debet esse conformis rationi quae e. dictamen prudentiae rectum et verum sed volentis sequens conscientiam erroneam invincibile ...

n̄ ita se h̄et q̄ᵃ conscio quod ista sit erronea quis sit invincibilis ē dictamen falsum q̄ᵃ illa n̄ ē morali bonitas —

R. exponendo maior ut operatio sit morali bona debet esse conformis rōni quae ē dictamen prudentiae verum & verum saltem practice in dirigendo quisquis esse speculative falsum. hoc atq n̄ repugnat prudentiae naturali ut expositum ē superius hac disp. cap. 1. sect. 2. in ea et ad 1. et 2. sicut etiam & Xª hoc Cordª. lib. 2. quaest. q. 23. ad 1ᵐ. & 3ᵐᵒ. aut ad actum morali bonum sufficie quod sit conformis dictamini rōis vero practice quis includat aliqd speculative falsum quod et h̄et ex doctr. D Thō. & Aust. et aliorum quos retulimus eo loco. —

Ad id v. quod in minori dr̄. conscia erronea quis sit invincibilis ē dictamen falsum. R. et si sit falsum speculative ē tn̄ verum practice in dirigendo q̄ᵘˢ sanis ē ut prudenter censeat operatum quae illud sequi n̄ esse morali malum sed bonum ut probatum ē in ipso loco supra hac sect. exposuimus. —

Nam atq alud esse loqui de iudicio ipsius conscie erroneae invincibili quod de actu reipsa malo V.G. demendatio dictat illud esse bonum & licitum & tale q̄ᵃ iudicium ē falsum speculative in cognoscendo quis dicat practice verum in dirigendo ut exposuimus eo loco aliud v. ē loqui de alio iudicio q̄ᵃ reflexo quod de hoc existente in tali statu conscie erroneae invincibilis dictat illi bonum esse & licitum eam sequi atq hoc iudicium ē verum et speculative & ē conforme vere dictamini n̄ h̄ē ratione rōis & prudentiae creata sed et diva quae verum sine illa falsitate et speculativa dictat hoc sub eo statu quo ex conscia inculpabili putat esse bonum id, quod reipsa ē malum bonum id facere. V.G. de Jacob. sub eo statu quo conscia erronea inculpabili existimabat Lyam esse suam vxorem verum erat et speculative hoc iudicium quod illi fuerit licitum ad eam accedere & similiter de quoliqs alio verum erit et speculative hoc iudicium q̄ᵘᵒ aliquis inculpabiliter existimat hanc aut illam esse suam vxorem licitum ē illi ad eam accedere unde simili rōe colligit idem dm̄ esse in alijs materijs sub statu conscie inculpabilis. —

Dices id quod re ipsa est per se malum v.g. mendacium est per se ignorabile et divinum et dicitur intrinsece malum et numquam licitum, quia qui ex scientia inculpatis diceret illud esse bonum, numquam verum esset dicere illud esse licitum et quia vellet illud esse morali bonum.

Respondeo explando ans cum dicitur illud esse per se malum et per se ignorabile et divinum et intrinsece malum et numquam licitum intelligitur sub illis circumstantiis quibus cognoscitur malitia aut culpabili ignorata, secus vero quoad inculpabili ignoratam, nam malitia inculpabili ignorata est involuntaria et non reddit actum morali malum ut constat ex communi doctrina D. Thomae loco sup. citato in hac sect. p. 1 et ut notat Cortes lib. 1 quaest. 4.23 ad 1m in sua responsione ad 1m. explicans quoddam praeceptum ita intelligitur ut nihil fieri debeat contra illud sciente, aut ex ignorantia vincibili, si vero secus fiat ex ignorantia invincibili id non est transgredi praeceptum quia hoc non obligat ad id quod est ignotum invincibiliter.

Obiicies, si esset morali bonus actus contra sententiam quod re ipsa est malum et contraria erronea inculpabili putatur bonum sequeretur intrinsece illum esse actum virtutis, sed hoc est falsum, ergo transeat maior, probatur quia omnis actus morali bonus pertinet ad aliquam virtutem. minor vero probatur quia ille actus cum sit contra sententiam quod re ipsa est malum est quoddam monstrosus cui repugnat ut sit actus virtutis, nam hoc nullam monstrositatem debet includere.

Respondeo sed sequelam quod ille sit actus virtutis si sermo sit de virtute naturali ad eamque virtutem pertinebit ex cuius fiali inductio fuerit inculpabili cuius ad impugnationem vero cum dicitur illum actum esse quoddam monstrosum respondeo licet id verum sit in hoc sensu quod talis actus est contra sententiam quod re ipsa est malum tamen cum haec monstrositas sit involuntaria non repugnat cum ratione virtutis naturalis cui satis est ut sententiam quod per eam est voluntarium sit bonum saltem inculpabili existimatum. illud vero quod virtus nullam monstrositatem debet includere intelligitur de monstrositate voluntaria nam malitia involuntaria non reddit actum morali malum neque obstitit quominus possit esse actus morali bonus ac proinde virtutis ex ratione boni quod inculpabili proponitur ut ex communi cum D. Th. probavimus supra p. 2a.

Dixi si sermo sit de virtute naturali nam secundo de supernaturali dicendum est non posse dari ullum actum nec licitum contra sententiam quod re ipsa sit malum etiam si inculpabili putetur bonum et ratio desumitur quia hoc intelligitur

petere propria excellentia vi exercitii supernali quo tribuit Deo tamquam causae
particulari principali cui hoc modo non est tribuendus ultius ex(tra)ordinarie hujus
monstrositas neque peccatum; et neque illi potest tribui quod sit causa particularis,
ullius erroris aut falsitatis ex inculpatis ut alibi suo loco ostensum est.
Simile est de actu habitu hujus prudentiae quae est virtus intellectualis et longe de prudentia su
pernali potest illi subesse falsitas speculativa non in prudentia supernali ut dictum
est supra in hoc disp. cap. 2 sect. 2 ad 2m spectat —.

Dices hoc qui ignorantia inculpata aliquid quod revera est malum putat
bonum et praeceptum potest Deus supplere volitionem talis obiecti siquidem illa
volitio hoc erit moraliter bona imo ille ex dicto eam tenetur si ignorantia inculpata
putat esse praeceptum ut dictum est supra in hoc cap. sect. 3 per 2a quo potest
ex Deo tamquam causa particularis producere vitio hoc talem actum atque ex
hujusmodi quo potest ex afficere actum et habitum supernalem contra illud domi
nus esto quod affert non est repugnans Deo cum actum nalem producere, ita
neque videtur repugnans eum afficere et consequenter efficere ex supernalem quia non
apparet satis sufficiens ratio discriminis cur possit illum actum nalem
suscipere in vi efficere ut causa particularis quod si hoc possit aut ex non
possit efficere actum et habitum supernalem contra illud dom. —

Respondeo concedo antecedens et nego consequentiam et ratio discriminis est quod vitio quod Deus tunc
suscipiat hoc cum actus non affert quod ipse Deus sit causa per se illum de
clarans quod non affert vitio quod sit causa particularis efficiens et ideo hoc re
pugnat Deo non vero illud. Hoc autem sic explicatur quod in hoc supponitur ignorantia
inculpatis dictans eum actum esse bonum et praeceptum talis ignorantia
illius exhibet cum actum rex eo quod Deus tunc illud suscipiat per se sed
ut causa obiectum conformans se ad id quod supra dictat illa ignorantia in
culpatis proinde ac si dicat fac hoc et satisfacias tuae ignorantiae inculpatae
at si Deus esset ipse causa particularis efficiens cum actum aut habitum
ex tali modo efficiendi esset causa per se ad illum dictans quia ex tali modo
per modum causae particularis etc. si non supponeret aliquid ex parte cau
turae dictans produceret ab ipso Deo ille actus aut habitus cum ea monstro
sitate quam fit et suppositivam veritatem a Deo tamquam a causa particulari
dictante convenire dissentaneam est —

Pro hoc observandum est discrimen inter modum concurrendi causae
universali ipse afferentis concursum indifferentem ad hunc vel illum
actum et causae particularis dictantis ipse requisitus ut sit differentia

Deo per modum causae ut(ili)s concurrere ad actus utriusque malos et monstruosos quia cum non supposita creatura rationalis ad illos concurrit ut decet ut(ili)tem gubernatorem est tamen illi dissentaneum ad eos concurrere per modum causae particularis quia id esset ex sua parte determinare ad malum morale et monstruosum et proinde dissonum non solum rationali ut rationalis est quod non decet summam bonitatem. Et eandem quem dicunt quaeque non in materiis saepe et alibi ostendi Deum non posse esse causam particularem erroris seu falsitatis licet inculpabilis

4. arg. ex dictis sequitur licitum esse inducere alium qui sequitur suam erroneam invincibilem ad id quod [?] ut falsum, quod de antecedenti sequela probatur. Quia alius sequens suam erroneam invincibilem quoniam scit circa actum quod re ipsa est malum non est moraliter malus sed bonus ut diximus in 1a. Sed licitum est inducere alium ad bonum quod ... min. vero quod illud videatur falsum sic probatur. Quia absurdum et valde dissonum apparet quod ille qui scit aliquid esse de se re ipsa malum vel mendacium possit licite illum inducere alterius quamvis invincibiliter ignorantis

Respondeo neg. sequelam si intelligatur absolute et simpliciter ut verba sonant, nam fatendum est quod ille qui scit aliquid esse de se re ipsa malo non potest licite illud inducere alterius quamvis invincibiliter ignoranti ut docent Cajetanus 2a. lib. 1 quaest. 43 ad 1m. ... 1a. responsio et alii. Si ... ille cognoscit non debeat se illi accommodare in quo afficit a Deo ad quem id pertinet dominus gubernatoris ut sic ad 3m, tenetur eos admonere de errore si commode possit. Si sit spes utilitatis quod per accidens si sit periculum damni possit dissimulare, ut tradunt auctores quos refert et sequitur Sua. 3. p. 10. 4. d. 32. sect. 4. n. 3 et 4.

Ad 2dum quod in minori dicitur licitum esse inducere alterum bonum, respondeo id intelligi de alio bono per se cognito quod est illud qui est de se per se bono et aliunde non obstat aliquod preceptum. Sed quod alius est bonus per accidens ob ignorantiam inculpabilem quia proponit ut bonum id quod re ipsa est malum, nam id quod potest licite fieri et expedit ab eo qui id inculpabiliter ignorat non potest ab alio qui id ita non ignorat. Non mirum est id quod Cajetanus proxime utrique dicit. Sane supposito nullum peccat volendo quod alius exerceat operationem bonam ipsi operanti intelligi intelligi dum modo non sciat preceptum de non ...

st, inquit, n conformantur licite nisi et perfectum voluntati divinae dum bene perfectum de ipso positivo atque hoc amplius constabit ex iis quae dicuntur aliis locis ad haec pertinent

Quaeret aliquis An post cognitum errorem licitum sit complacere de actu qui secutus est ex ignorantiam erroneam inculpabili

V.G. postquam Iacob cognovit Lyam non esse suam uxorem potuerit licite gaudere quod ad illam conscientia erronea inculpabili accesserit

R. non esse licitum complacere de toto illo actu absolute comprehendendo quidquid asserit bene tamen posse secundum eam rationem qua factus fuit bona fide sine culpa. prior pars sic explicatur ... illo actu asserit aliud monstrum ... quod ... malum ... inculpabili ignorantiam fuerit ex ... involuntarium ... illud non fuerit malum tamen si post cognitum errorem inculpatum ... cum ... de toto illo actu procedente comprehendendo quidquid asserit nullo ... esse in ... complacentia de malo cognito quae non ... ut amplius ostendetur suo loco in ... de peccatis

Secunda pars ita exponitur ... complacentia potest esse ... actum ... ac proinde potest esse ... de illo actu ... bonitatis ... ex eo quod factus fuerit bona fide sine culpa ... in ... ut bonum quis ... esset malum quod ... fuit ... involuntarium ... inculpabili ignorantia atque hoc ... amplius exponetur ... in ... de peccatis

Sect. 6. An propter conscientiam erroneam possit esse aliquis esse perplexus ita ut nequeat vitare culpam

Certum est nemo potest esse perplexus absolute ita ut nequeat vitare culpam potest tamen esse perplexus ex hypothesi in sensu composito conscientiae erroneae aut alicuius malae intentionis ... ex D. Tho. ... q. 19. art. 6. ad 3m. ... Med. ... cap. 2. n. 6. ... Bal. ... q. 14. num. 5. ad 2m. et alii ... sectione 3. ...

Declaratur ... culpae ... non posset ... absolute ... suppositum ... a Deo ... esset culpa nisi ... voluntarium ... liberi arbitrii

p̄sentis eam omittere ben̄ omittere ut ostet ex ppria, hoc ē culpa defecti
q̄ nemo pōt esse pplexus simplr ita ut absolute in sensu diviso nequeat vitare
culpam at ex supr° quod aliquis sciat ossiam culpatam dicet esse pplexus
ex hypothesi in sensu composito q̄ illa stante n̄ pōt n̄ peccare inqualibet p̄
contradictoriis q̄m eligerit v.g. stante ossia culpabili dictante obligat tenēri
ad subveniendum pauperi si faciet peccat c.ᵃ preceptum n̄ furandi sive v°
n̄ faciet peccat c.ᵃ preceptum n̄ discordandi a ossia erronea q̄. n̄ deponit id
q. absolute pōt et tenet eam deponere n̄ ē simplr perplexus ita ut absol.
nequeat vitare culpam ~

Sic etiā ē si quis sciat malam intentionem querendi vanam gloriam
in omnibus suis operibus stante hac hypothesi sive ieiunet q. tenet sive n̄
ieiunet peccabit nam si ieiunet ppr vanam gloriam peccabit c.ᵃ debitum
finem siv° n̄ ieiunet peccabit c.ᵃ preceptum ieiunij. Sed q. absolute pōt deponere
eam malam intentionem n̄ ē simplr perplexus ~

Sed obij. quis id quod dictum ē locum sciat ppt ossia erronea ē
aliqualiter q. confusio quod sit culpabilis ē libera deposit deponi n̄ dari pōt
casus in quo aliquis ossia invincibili putet se esse peccaturum in quavis
contradictionis q̄m elegerit v.g. si pastor aliquis valde rudis et ignarus
errore invincibili putet se in die festo peccaturum sive audiat sacrum sive
n̄ audiat ita ut si audiat peccaturus sit c.ᵃ obligationem servandi gregem q°
lum deseret in periculo, siv° n̄ audiat peccaturus sit c.ᵃ preceptum audiendi
sacrum. in hoc q° casu ē arg°: talis ossia n̄ pōt deponi q̄a ē invincibilis
ut suppr. q. ille simplr ē pplexus ita ut nequeat vitare culpam q̄a n̄
pōt n̄ peccare quocumque evertendi n̄ pōt deponere eam ossiam ~.

Aliqui admittunt casum [illegible] [illegible] si tunc invin-
cibili putet unum ex illis peccatis esse gravius alio teneri ad vitandum illud
ita ut si illud eligat imputet ei excessus malitiae superans aliud peccatum
quod esset minus. Si tm inquiunt ille invincibili putet tunc utrumque peccatum
esse ipse n̄ peccat si eligat [illegible] libito partem q̄m maluerit q° tunc illi
culpa n̄ ē libera ppt quod ei phys. est impossibile ē vitare culpam
nam si unam vitat necessario incidet in alteram ~

Sed hoc reijcio. 1° q. ex ipsis terminis intelligitur repugnare quod sit
culpa et quod n̄ sit libera saltem phys. nam voluntarium sumptum
[illegible] quod saltem phys. posset fieri et n̄ fieri ē de ratione peccati et culpa ut
ostendi sup. loco in ma. de peccatis. ~ .

Iº ad Som. expe. quod adversarij xedunt, f. ex aut. vnico casu liberum ē illi Scti. p libertate eligere Sanc. l. illam partem utriq. Dnt q.º quaecumq. pars fuerit ab illo electa se tenere, erit illi liberari gloriat. exercitum ac proinde culpae.

